

*Bibliothèque numérique*

**medic@**

**Galien / Kühn, Karl Gottlob (éd.).  
Galenus opera omnia / vol. 20**

*Leipzig : Car. Cnoblochii, 1821-1833.*



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?45674x20>

**MEDICORVM GRAECORVM**

**O P E R A**

**QVAE EXSTANT.**

---

EDITIONEM CVRAVIT

**D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN**

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN  
LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS  
ORDINARIVS ETC.

---

**VOL. XX.**

CONTINENS

**INDICEM IN GALENI LIBROS.**

AUCTORE

**FR. GUIL. ASSMANNO**

MED. ET CHIR. DOCTORE ET IN THEATRO ANATOMICO LIPSIENSI  
PROSECTORE.

---

**LIPSI A E**

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1 8 3 3.



45674

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ  
ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI  
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

**D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN**

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN  
LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS  
ORDINARIVS ETC.

TOM. XX.

CONTINENS

INDICEM IN GALENI LIBROS

AUCTORE

**FR. GUL. ASSMANNO**

MED. ET CHIR. DOCTORE ET IN THEATRO ANATOMICO LIPSIENSI  
PROSECTORE.


45674



L I P S I A E

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1 8 3 3.



IN GALENI OPERA INDICEM

VIRO EXCELLENTISSIMO

**IOANNI CHRIST. THEOPHILO  
MUELLERO**

JURIS UTRISQUE DOCTORI ET MINISTERII CULTUS  
ET INSTITUTORUM PUBLICORUM PRAESIDI



HUNC  
IN GALENI OPERA INDICEM,  
MULTI LABORIS OPUS,  
SUMMAE SUAE  
ERGA IPSUM VENERATIONIS  
TESTEM  
PIA GRATIQUE MENTE OFFERT

AUCTOR.

## P R A E F A T I O .

---

**D**uodecim abhinc anni sunt, cum omnium, quotquot adhuc supersunt, operum **GALENI** coepta est editio, quae undeviginti voluminibus hactenus constans ut tandem perficeretur, indice adhuc opus habebat, quo quis facili negotio ea, quae **GALENUS** de aliquo argumento disputaverat, invenire posset. Duplex quidem in Galeni opera extat index, quorum alter, isquē copiosissimus, ab **ANT. MUSA BRASSAVOLO** confectus secundae operum Galeni editioni, quae e Juntarum officina prodiit, additus, alter, isque paululum contractior, **GUIL. GRATAROLI** labore compilatus, latinae librorum Galenicorum versioni, Frobenii sumtu evulgatae, subiectus est. Nentrum tamen repetere, sed novum compilare placuit. Cujus laboris taediosissimi molestiam etiamsi subterfugere noluissem, tamen et muneris publici ratio, et aetas maxime provecta et decrepita, ut ab illo abstinerem, suadebant. Quamobrem virum experientissimum, **FRID. GUIL. ASSMANNUM**, qui indicibus in **L. J. THENARDI** introductionem in chemiam cum theoreticam, tum practicam magna cum diligentia rerumque peritia adornatis satis jam suam ejusmodi laboris rite perficiendi facultatem comprobaverat, rogavi, ut novum rerum, in genuinis Galeni scriptis, quae mea editione continentur, obviarum indicem conficeret. Quibus precibus cum **Vir Humanissimus** locum concessisset, viam ac rationem mecum communicabat, qua meis votis esset satisfactorus.

Scilicet brevitati ante omnia et meliori quoque ordini consulendum esse putabat, quam utramque virtutem in supra memoratis indicibus in Galenum desiderari multis probavit exemplis. Et brevitati quidem studuit sic, ut nihil praetermitteretur notatu dignum. Quamobrem ab omnibus unius ejusdemque rei repetitionibus, quae quam plurimae in



Brassavoli indice occurrunt, abstinuit. Partes corporis animalis, ut his utar, non, uti BRASSAVOLUS fecit, partim sub animalibus, quorum sunt, partim sub animalibus substantiis, sed non nisi sub animalibus, ad quae pertinent, sunt commemoratae. In articulo STERCUS v. c. allata sunt sterora anserum, asinorum, boum, canum, caprarum, ciconiarum, columbarum, crocodilorum, equorum, felium, gallinarum, hominum, lacertarum, leporum, murium, ovium, passerum, sturnorum, eorumque qualitates cum in universum, tum inprimis medicae, quae omnia sub hisce animalibus, a quibus excreta sunt, denuo leguntur. Eadem ratio in aliis quoque substantiis animalibus, uti adeps, sebum, sanguis etc. a BRASSAVOLO observata est. Has repetitiones cum ASSMANNUS effugeret, multum spatii sine rerum commemorandarum jactura lucratus est.

Idem brevitatis studium recte secutus est ASSMANNUS in morbis corporis animalis enumerandis. Hos enim apud Brassavolum cum sub partibus, quas occupant, tum sub morborum singulorum nominibus invenies. Novus autem, qui nunc prodit, index, quae GALENUS exempli causa de doloribus, vulneribus, ulceribus etc. passim observavit, ibi tantum commemorat, ubi de organis agitur, in quibus dolores saeviunt, aut quae ulcus occupat, vulnusque cruentat laeditque. Quae vero de his similibusque affectionibus Galenus in universum statuit, nulla partis affectae ratione habita, ea Clar. ASSMANNUS in illis tradit locis, quae harum affectionum nominibus sunt inscripta.

Mos apud medicos obtinuit et adhuc obtinet haud laudabilis, ut uni eidemque morbo plura imponant nomina, quae nullam habent utilitatem, sed memoriae tantum onerant facultatem. Haec synonyma BRASSAVOLUS non solum commemoravit, sed in quolibet synonymo ea omnia repetiit, quae non nisi semel dixisse sufficiebat. In articulo *Pleuritis* v. c. omnia enumerantur, quae sub *Laterum dolor* tradita erant. Novus vero index uno tantum loco ea, quae de morbo aliquo Galenus disputavit, omnia congescit, ad quem, quoties morbi hujus synonymum allatum est, lectores ablegantur.

Cavit quoque sibi Exper. ASSMANNUS, ne de spatio inutiliter consumpto accusari posset, hac ratione, ut integra Galeni loca, quae Brassavolus cum Gratarolo in suos indices intulerant, inde abesse juberet, et non nisi eorum summam referret. Denique multum quoque spatii lucratus est, cum verba initialia, quam diu eadem manent, non, uti Brassavolus et Gratarolus fecere, centies repeteret.

Sed non solum brevitatis studio, sed et meliore ordiue optime de novo in Galeni scripta indice promeruit Expe-

rientissimus ASSMANNUS. In remediorum enim, quae a Galeno commemorantur, recensione non singuli, quos in corpore animali producant, effectus promiscue adferuntur, sed hi a descriptione remedii universali separantur, virium autem, quas unumquodque exserit, mentio sub morbis facta est, contra quos singula in usum vocata sunt. Hoc autem modo totus medicamentorum apparatus, quocum contra morbum aliquem Galeni aetate pugnatum est, facillime et uno oculorum obtutu conspici potest. Alia exempla, quae in promptu sunt, taceo, ne loquacitate, senibus quodammodo propria, Lectoribus molestus sim.

Jam liceat mihi hac ipsa opportunitate uti, nonnulla proferendi, quibus historia literaria Claudii Galeni, a Jo. Alb. Fabricio conscripta, et ab Ackermanno plurimum aucta, augeri adhuc posse videtur.

Pag. XXI. Vitae Galeni, operum et interpretum recensionem invenies in CASIRI *bioblioth. philos.* p. 135sq. et in *Catal. bibl. Escorial.* to. I. p. 253. quam si cum Chartariano indice operum Galeni diligenter contulerimus, non pauca occurrunt opera, quae pro deperditis habita adhuc superesse debent. Vitam Galeni et ABULPHARAGIUS in *Histor. Dynast.* p. 77. 78. scripsit. HERBELOT. in *Biblioth. orient.* to. II. p. 125. — Elogia Galeni magnifica leguntur in scriptis Arabum, inprimis in BEN ABI SADIK praefatione sui commentarii in Galenum de usu part. Vid. HERBELOT. l. c. p. 127.

Pag. XXV. Sexagesimo post Christi mortem, et ducentesimo sexagesimo quinto post Socratis obitum natum esse Galenum, Mohammed Ben Cassem testatur apud HERBELOT. II. p. 126. Idem Mohammed auctor est, Galenum non, quae communis sententia est, Pergami natum, sed ex insula Rhodo ortum esse. Patrem autem magnas filio reliquisse opes, unde is partim artem gratuito fecerit, aegrotisque pauperibus non solum remedia gratis sed victum adeo suppeditaverit, partim discipulos sine omni honorarii exactione instruxerit.

Pag. XXVIII. not. o). Causam probabilem invidiae, qua ipsum medici prosequerantur, et de qua saepius graviter Galenus conqueritur, ea, quae paulo ante e Mohammede relata sunt, manifestant.

Pag. XXXVIII. Mohammed Ben Cassem Galenum anno aetatis LXXXVII. obiisse narrat. HERBELOT. l. c. t. II. p. 126.

Pag. LXXII. ad Galeni suasoriam ad artes orationem. Citat hanc adhortationem ex Hieronymo Joannes Saresberiensis p. 553. sub titulo *Exhortationis medicinae* hisce verbis: Galenus — dicit, athletas, quorum vita et ars sagina



est, nec vivere posse, nec diu esse sanos, animasque eorum ita nimio sanguine et adipibus, quasi luto, esse involutas, nihil tenue, nihil coeleste, sed semper de carnibus et ructu cogitare et ventris ingluvie. Vid. BERGER THORLACIUS *prolus. et opusc. acad.* vol. V. p. 134.

Pag. LXXXII. Cod. chartac. libri *de anatom. administr.* memoratur in catal. bibl. reg. Havniensis, ab Erichsenio confecto, sub titulo: *Galenii opera quaedam.* Graece. 4.

Pag. LXXXIV. Fuit in bibliotheca Meermanniana codex no. 269. in 4., seculo decimo sexto scriptus.

Pag. LXXXV. Libri *de ossibus* codex mstus reperitur in bibliotheca Ambrosiana. Fuit et alius in bibl. Meermann. no. 270. in 4.

Pag. LXXXVIII. Restituit librum *de nervorum anatome* Charterius e cod. bibl. Paris. no. 2219.

Librum *de musculorum dissectione*, qui huc usque graece non prodierat, equidem primus e cod. mst. Parisiensi edidi in *Operum Galeni.* Vol. XVIII. Pa. 2. p. 926—1026. dein una cum libro Galeni de consuetudine repetiit FR. REINH. DIETZ. Lips. 1832. 8.

Pag. LXXXIX. Libri *περὶ μήτρας ἀνατομῆς* cod. mst. extat quoque in Bibl. Ambrosiana.

Pag. XC. Locis allatis, quibus liber de motu musculorum commemoratus est, addo de usu part. I. c. 19. p. 68 et 69. Vol. III. edit. Lips. ubi olim male legebatur Charterius *ἐν ταῖς περὶ μυῶν κινήσεσι.*

Pag. XCI. Prodiisse cum libro de utilitate respirationis et alius Galeni i. e. de difficultate respirationis III., dum liber de causis respirationis asseritur, id non nisi de latina ejusdem versione intelligendum est. Hisce memoratis libris peculiari titulo instructi accedunt de uteri dissectione, de foetus formatione et de semine III. At idem est annus, idem adeo signatae praefationis dies. Omnes autem libros unum efficere volumen, probat index, qui omnes modo memoratos complectitur libros.

Pag. XCV. Codicibus operis Galenici *de usu part.* addatur: In bibl. monast. St. Mich. Venet. no. 132. teste J. BENED. MITTARELLIO in *Codd. mss. monast. S. Mich. Ven.* 1779. f. p. 508. ubi simul monetur, codicem non integrum continere opus, sed deesse librum I., libri secundi initium, et in fine quoque mutilum esse. Fuit quoque in bibliotheca Meermanniana no. 217. codex, seculo decimo sexto scriptus.

Pag. CI. Jos. STRUTH (*sphygm. art. libri V. p. 2.*) iudicat, „hos Galeni de pulsibus libros inextricabiles, quos nemo „unquam inter latinos intelliget, etiamsi quis ad insaniam „se in iis exerceat, et inter Graecos non facile: sunt enim „in plurimis locis mutili et depravati, ac ea spe a Galeno

„conscripti, quod vix unus e mille eos sit intellecturus.“ — Codex graecus in biblioth. Guelferb. no. 53. reperitur, qui an omnes de pulsibus libros contineat, mihi haud constat. In bibl. univers. Havn. invenitur cod. mst. librorum de pulsibus, in fine mutilus. In bibl. Ambros. cod. mst. adest inscriptus: Galenus de pulsu cum notis. Liber iste recenti manu graece exaratus est. In eadem bibl. alius servatur cod. Γαληνοῦ πρόσωπις τῆς περὶ σφυγμῶν (πραγματείας) ἐν ἑσὶ βιβλίοις. — Commentarius addi possunt JAC. LAVELLII *lection. supra libr. de pulsib. ad tiron. et comm. in libr. I. prognosticor. Hippocr.* Venet. 1602. 4. Sphygmologiae Galenicæ specimen edid. JUST. FR. CA. HECKER. Berol. 1817. 8. qui libellus, auctore CHOULANTO in *Prolegom. ad Aegid. Corbol.* p. XX., compendium doctrinae Galeni de pulsibus elegantissimum continet.

Pag. CVII. no. 41. Textus graecus synopseos haud amplius desideratur. Reperitur enim, quamquam inutilis, (desunt enim sex capita, et finitur verbis: ὃν μὴν ὀνόμαζον βραδύτης ἐπὶ πολὺ κρατεῖ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἐξῆρωμένη γὰρ ἡ δύναμις) in biblioth. univers. Havn. no. XIV. e donat. varior. Cujus quidem libri fragmentum ex apographo, benevolentia DIET. OTT. BLOCHII, qui bibliothecae acad. Hafn. praest, mecum communicato, edidi programme. 1824. 4. Totum, qualis in illo cod. mst. extat, librum typis exscribendum curavi Operum Cl. Galeni volumine IX. p. 431 — 533.

Pag. CXI. Commentarius mstus Jo. ZEIDLERI in librum Galeni de tremore, palpitatione etc. extat in biblioth. univers. Lips. no. 1108. 4.

Pag. CXIII. De τέχνη ἰατρικῆ Galeni nonnulla monuit Th. Reines. in epist. ad Casp. Hoffmann. et Rupert. p. 30.

Pag. CXV. Codices graeci reperiuntur in bibl. reg. *Dresdensi*, cui Matthaei lectiones varias e cod. Mosquensi CCLXV. excerptas adscripsit, et in bibl. univers. Havn., qui olim erat Jo Rhodii, cujus collatio cum editione Basileensi in meis manibus est. — Latinis, a Fabricio et Ackermanno allatis, codd. addi haec possunt: In bibl. Cygnea extat cod., in membrana pergamena scriptus, hujus libri una cum seqq. Joannitii isagoge Galeni, Hippocratis aphor. et lib. prognosticor.; Theophili libr. de urinis; Philareti libr. de pulsib.; lib. regiminis acut.; Aegidii de judiciis urinar.; Constant. Afric. de cognitione urinae; ejusdemque viatico. — In bibl. reg. Athen. Taurin. no. 939. continetur mutilus in fine una cum Joannitii isagoge in artem parvam Galeni, teste PASINIO in *Codd. mst. bibl. r. Athen. Taur.* p. 290.

Pag. CXXI. no. 53. In Ambros. bibl. extat cod. mst. operis de causis et differentiis sympt. — Inter codd. mss. bibl. Meermannianae servabatur quondam cod. no. 218. de



causis symptomatum libri V. ab initio mutilus, Sec. XV. scriptus.

Pag. CXXV. Fuit quoque in bibl. Meermann. no. 220. cod. initio mutilus, et triplici hiatu interruptus, seculi XVII. Ibidem erat alius no. 219. sec. XVI. f. de compositione medicamentorum, quae extra corpora adhibentur.

Pag. CXXVI. Cod. ms. in biblioth. Guelferbit. no. 52. asservatur.

Pag. CXXIX. In bibl. Monac. No. 231. Vid. HARDT *catal.* to. III. p. 6., qui animadvertit, hos duo libros in plura capita esse divisos, quae tituli minio exarati innuant; id quod non sit in Basil. edit. to IV. p. 297.

Pag. CXXXI. In bibl. Ambros. reperitur cod. ms. Galeni de venaesectione, qui ad quem allatorum de hoc argumento librorum pertineat, mihi non constat. In bibl. Monac. no. 39. extat codex cum hac inscriptione: *Ἐξ τοῦ φλεβοτομίας Γαληνοῦ*, et incipit *ὅτι τοῖς τὰ συνήθη πράττουσι*, desinit autem verbis *καὶ ἀνθὶς ἐπιπαιροῦν*.

Pag. CXXXIV. Libelli de puero epileptico cod. servatur in bibl. Ambros.

Pag. CXXXVI. Maius in codice rescripto bibliothecae Vaticanae invenit folium unum, quod initium libri secundi *de alimentor. facult.* continet, cuius fac simile EBERTUS, reg. bibl. Dresd. bibliothecarius, ante oculos habuit. Is asserit, in illum Galeni codicem, deleto Galeno, scripta varia esse, quae in bibliothecis Guelferbit. et Vindob. servantur. KNITTEL in sua Ulphilae editione p. 253. edidit pauca, quae ope hepatis sulphurici legi poterant. Quare conferenda sunt illa cum edito textu. Quod cum Knittelius fecisset, aetatem codicis definire conatus est. In qua tamen re Ebertus, uti in epistola d. 22. Jul. 1824. ad me data declaravit, ab illo discedit, seculo VI. codicem scriptum esse putans.

In biblioth. Monacensi no. 39. servatur cod. ms. cum titulo: *Γαληνοῦ προοίμιον περὶ τροφῶν δυνάμεως κατὰ στοιχείων*. Incip. *Πολλῶν καὶ λογίων, ᾧ μέγιστε βασιλεῦ*. Fin. *Περὶ ὠτίδων. λόγον διήγνωσθήσεται*. Addit HARDT. *Cat.* I. p. 204. „Editum Galeni opusculum *de alim. facult.* At hoc totum quantum differt, ut e collatione intellexi.“ Ibidem est in cod. eodem: *Σύνοψις τοῦ περὶ τροφῶν Γαληνοῦ*. Inc. *Περὶ πυρῶν ἤτοι ἄρτων. Ἡπειλημένοι καὶ τῷ δικῷ βαρύτεροι*. Fin. *ἐς δὲ ὕρησιν χείρους τῶν λευκῶν*. Desumptam esse hanc synopsis ex III. libris de aliment., obvios titulos declarare, observat Hardt *l. c.* p. 205., sed cum editis nec haec convenire. In bibl. Taur. ap. Pasin. lib. cit. to. II. p. 70. a Meletii opere usque huc eadem haberi videntur etc. Verba enim ipsius haec innuunt. Adduntur in fine pauca quaedam de variis morbis ex eodem forte Galeno desumpta.“



Pag. CXXXVIII. no. 68. Codex ms. hujus scripti reperitur in Bibl. Monac. no. 109. Magnam lectionis varietatem inveni inter exemplum edit. Galeni. Aldin. Cornar. et cod. Monac., quocum ed. Charter. convenit. Quam quidem insignem differentiam ego nullo alio modo mihi explicare possum, quam ut ponam, Monacensem codicem, et librum Casauboni, quem exprimendum curavit Charterius, continere verba Galeni, contra ea Cornarium graeca restituisse e versione latina. Vid. Hardt. *l. c. II. p. 14.* qui finem libelli, in edit. Basil. mutili, exhibuit. — Editus quoque libellus est Bas. 1530. f. una cum definition. med. et introduct. s. medico. In hac autem editione primi libelli finis mutilus est. In cod. CIX. bibl. reg. Bavar. integer extat, uti in mea editione.

Pag. CXXXIX. Cod. ms. τῆς τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσεως asservatur in biblioth. reg. Bavar. no. 71. Cons. Hardt *l. c. to. 1. p. 439.* Graece latinequè praemissae sunt editioni Hippocratis, ab Hier. Mercuriali curatae, Venet. 1588. f.

Pag. CXLVIII. Introductionis s. medici auctorem non esse Galenum, inde concludit Fabricius *bibl. gr. vol. XIII. p. 436.*, quod in illo Thessalus Trallianus. cujus acerrimus adversarius Galenus fuerit, cum laude sit commemoratus. — Codicibus mss. adde, extare tales cum in bibl. Dresd. teste Ill. EBERTO (*Beschreib. d. kön. Bibl. in Dresd. p. 241.*), tum in bibl. r. Monac. no. CIX. in quo tamen capp. 5 et 9. desunt. Fuit quoque cod. ms. in bibl. Meermannii no. 216. f. seculo XVI. scriptus.

Pag. CL. no. 89. Dubitabat quidem Montanus, num liber *de consuetudine* genuinus sit, sed laudat ipsum tanquam suum Galenus libro: *Quod animi mores corp. temper. sequ.* Vol. IV. p. 768. ed. Lips. — Graece nunc primum editus est a FR. REINH. DIETZ. Lips. 1832. 8. ex unico codice Florentino.

Pag. CLIV. In bibl. Ambros. extat cod. mst., qui an contineat duos aut tres libros, mihi non liquet. Wigganus de Aretaei aetate p. 10. omnes *de rem. fac. parab.* libros non temere pro subditiis haberi statuit, cum, quae Galenus de hoc argumento composuerit, ea suo tempore haud superfuisse tradat Oribasius praef. ad Euporista. — Gu. Dindorf contendit, tertium hujus operis librum e latino sermone ab homine hujus linguae prorsus ignaro translatum fuisse, adeo barbara in eodem inveniri.

Pag. CLVI. De imperatoribus, quos Galenus, s. quisquis auctor libri de theriaca ad Pisonem fuerit, laudavit, vid. Reines. *V. L. II. c. 12.* et Menagius ad Laërtii proem.

Pag. CLVII. De theriacis et Mithridateis commentariolus. It. ad Pamphilium de theriaca lib. Galeni. Galene Andromachi, theriaca Antiochi, antidotus Philonis. Graece lat. convers. in lat. a Joach. Camerario, adjectis et his et aliis quibusd. gr. emend. Norimb. ap. J. Petreum. S. a. 8. — Andromachi senior. antiquiss. de theriaca carmen ad imper. Neronem, recus. occasione theriacae rec. paratae. Norimb. 1754. 4. — LUD. SEPTALIUS (*animadv. et caut. med. lib. II. p. 52.* argumentis haud omnino levibus, iudice SPRENGELIO *Gesch. d. Med. III. p. 347.*, hunc librum pro supposititio habet.

Pag. CLX. no. 103. Laudat hujus libri auctor libros de curandi methodo, cap. 4. librum de differentiis morborum, cap. 5. de sanitate tuenda, c. eod. librum ad Thrasylulum etc. Praeter Galeni scripta meminit quoque cap. 6. Platonis sophist. et politic. et c. 6. Serapionis.

Pag. CLXII. Cod. ms. libelli de IV. anni tempest. adhuc extat in bibl. Ambrosiana.

Pag. CLXIII. no. 112. Aegid. Menagius ad Diog. Laërt. I. 27. p. 16. eximium e cod. ms. fragmentum, a Jac. Mentelio secum communicatum, protulit una cum sententia ejusdem Mentelii, qua putavit, Galenum commentarios in Hippocratis librum de nat. human. ante commentarios in Hippocratis libr. de humoribus conscripsisse, antequam in libros Thaletis *περὶ τῶν ἀρχῶν* incidisset. Nullus quoque dubitabat Mentelium, etiam Galeni tempore Thaletis scripta exstitisse.

Pag. CLXIV. no. 116. In bibl. Monacensi no. 105. extat cod. cujus init. *Περὶ μὲν τοῦ ὑπαρχικῆν εἶναι. Fin. ἐὰν δὲ ἀγαποποιός τῆς ἐπιθεωρήσεως.* Addit Hardt. in Catal. r. bibl. Bav. I. p. 565. haberi haec in edit. Basil. IV. 476. lin. 19. reliqua autem deesse.

Liber de urinis non est Galeni. Nam laudat auctor c. 3. Galenum ipsum. Th. Guidotus ad Theoph. de urinis p. 149. putat, scriptum illum librum fuisse, si quorundam de antiquitate Theophili opinio eos non fallat, non longe a Galeni temporibus, quoniam Theophilus haud pauca ex illo desumerit.

Pag. CLXVI. no. 121. Inter codd. bibl. Meermann. reperiebatur no. 214. f. codex seculi XV. continens Gal. epist. de pulsu sensibili. Ibid. no. 269. cod. in 4. seculi XVI. folior. 70., qui inter alia continebat Gal. de ischiade, podagra et arthritide; it. de pulsu ad Anton.

Pag. CLXVIII. FR. GU. WALLROTH (*de ophthalmolog. vet.* Hal. 1818. 8. p. 19. huncce libellum propterea pro spurio habet, quoniam plura in illo occurrant, quae cum alibi a Galeno dictis minime congruant. Praeter Paulum, Ori-



basium et Galenum ipsum equidem nullum alium scriptorem nominatim citatum invenio, omnesque capite tantum ultimo. Cum autem totum hoc caput a reliquo opere differat stili ratione, atque medicamenta contineat, quae aliis locis commodius collocari et poterant, et debebant, cumque denique in toto reliquo libro nullius scriptoris, nominatim laudati auctoritate usus sit, sed tantum eos *alii*, non nulli similibusque loquendi formulis indicaverit, equidem ultimum caput pro panno adsuto habeo. — Laudatur cod. ms. bibl. reg. Paris. no. 2275.

Pag. CLXIX no. 133. Ex ipsa libri lectione satis deprehendi, ait Casiri in *bibl. Escorial. arab. hisp. to. I. p. 285.*, eum Galeni non esse, sed varia complecti experimenta medica, e Galeno, Honaino aliisque tum vetustioribus, tum etiam recentioribus scriptoribus excerpta; in eo enim laudari plures medicos, Galeno multo recentiores v. c. Ebn Massuia, Abu Moschar, Avicenna al. — In eadem bibliotheca arabica libri hujus versio, ab Honaino facta latet. Num, quod in catalogo laudato proxime sequitur, Galeni opusculum *de medicamentis certis* idem cum antecedente *de medic. expert.* sit, non definivit Casirius, sed solum additur: An spurium, an genuinum sit, dubitatur. Spurium Latini agnoscunt, genuinum Arabes.

Ibid. no. 135. Reinesius *V. L. p. 528.* ex hoc libro varia loca adduxit atque emendavit.

Pag. CLXX. Libri *de succedaneis* codex, teste Hardtio in *bibl. Monac. catal. to. I. p. 433.*, no. 69. servatur.

Pag. CLXXII. no. 141. *De virtute centaureae* libellus in editione Veneta 1497. f. Joannis filii Serapionis Practicae subjunctus reperitur. Cons. MITTARELLI *cat. bibl. monast. St. Michael. Venetiar.* p. 218.

Pag. CLXXIV. no. 18. Varias lectiones, e codd. Mosquens. excerptas, exhibuit Matthaei in sua Rufi editione p. 256 — 276.

Pag. CLXXVIII. Hunc codicem, quem Bosquillon in sua editione commentariorum III. Galeni in Hippocr. de humor. adhibiturus erat, Coray plus semel laudat in notis ad Hipp. de aëre, locis et aquis v. c. p. 147. ubi ipsum in bibl. regia Paris. no. 5491. reperiri testatur.

Pag. CLXXIX. no. 8. Codex in bibl. r. Monac. no. 231. servatur, initio carens, teste Hardt *l. c. to. II. p. 502.*

Pag. CLXXX. no. 9. Commentarius II., III., IV. et VI. in Hipp. epid. II. arabice adhuc extat inter cod. arabicos bibl. Escorial.

Ibid. no. 11. In eadem bibliotheca commentar. VII. et VIII. arabice adhuc supersunt.

Pag. CLXXXI. lin. ult. Veneta editio 1494. f. titulum in fronte gerit: In sententias Hippocratis libri, interprete Laur. Laurent. Florentino. Praeter Maittaireum vid. et Mittarellius libro saep. laud. p. 166.

Pag. CLXXXIX. In bibliotheca Senat. Lips. cod. ms. reperitur cum titulo: *Πίναξ τῶν ἰατροσοφῶν*. An huc pertinet? Alius cod. in bibl. Monacensi no. 551. extat, teste Hardtio. l. c.

Pag. CXCIV. Inter libros Galeni, qui in bibliothecis adhuc latent, referendus quoque est *de podagra*, cujus cod. ms. in bibl. Monacensem ex Augustana transit. Vid. HARDT l. c. to. I. p. 551.

Pag. CXCVI. Octavus *περὶ ἀποδείξεως* liber citatur a Simplicio ad Aristot. *physica* p. 167. ed. Aldinae, ὁ θυμαίσιος Γαληνὸς ἐν ὀγδόῳ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιδημιολογίας.

Codex, qui excerpta e libro Galeni *rerum naturalium* continet, servatur in bibl. Heidelberg. MLXXX. Vid. WILKENSII *Gesch. d. Heidelb. Büchersamml.* p. 297.

Pag. CCIII. lin. ult. De hoc libro vid. Wowerum *de polymathia* c. 16. initio. De Galeni peritia in arte critica cons. Maussaci *diss. crit. ad Harpocrat.* p. 399. et H. Vales. *de crit.* I. c. 22.

Scribebam Lipsiae nundinis paschalibus A. R. S. MDCCCXXXIII.



## INDEX LIBRORUM

<p>Adhortatio ad artes addiscendas. I. 1—39.</p> <p>De alimentorum facultatibus: Liber 1. VI. 453—553. 2. — 554—659. 3. — 660—748.</p> <p>De probis pravisque alimentorum succis. VI. 749—815.</p> <p>De anatomicis administrationibus: Liber 1. II. 215—279. 2. — 280—339. 3. — 340—414. 4. — 415—475. 5. — 476—531. 6. — 532—588. 7. — 589—650. 8. — 651—706. 9. — 707—731.</p> <p>An animal sit id, quod in utero est. XIX. 158—181.</p> <p>De cognoscendis curandisque animi morbis. V. 1—57.</p> <p>Quod animi mores corporis temperamenta sequantur. IV. 767—822.</p> <p>De cujuslibet animi peccatorum dignotione atque medela libellus. V. 58—103.</p> <p>De antidotis: Liber 1. XIV. 1—105. 2. — 106—209.</p> <p>Ars medica. I. 305—412.</p> <p>De constitutione artis medicae ad Patrophilum liber. I. 224—304.</p> <p>An in arteriis sanguis confineatur. IV. 703—736.</p> <p>De atra bile. V. 104—148.</p> <p>De comate secundum Hippocratem liber. VII. 643—665.</p> <p>De optima corporis nostri constitutione. IV. 737—749.</p> <p>De crisis: Liber 1. IX. 550—639. 2. — 640—701. 3. — 702—768.</p> <p>Definitiones medicae. XIX. 346—462.</p>	<p>De diebus decretoriis: Liber 1. IX. 769—840. 2. — 841—899. 3. — 900—941.</p> <p>De dignotione ex insomniis. VI. 832—835.</p> <p>De optima doctrina liber. I. 40—52.</p> <p>De elementis ex Hippocrate: Liber 1. I. 413—491. 2. — 492—508.</p> <p>De naturalibus facultatibus: Liber 1. II. 1—73. 2. — 74—142. 3. — 143—214.</p> <p>De substantia facultatum naturalium fragmentum. IV. 757—766.</p> <p>De fasciis liber. XVIII. A. 768—827.</p> <p>Ex Galeni commentariis de fasciis libellus. XVIII. A. 828—838.</p> <p>De febrium differentiis: Liber 1. VII. 273—332. 2. — 333—405.</p> <p>De foetuum formatione libellus. IV. 652—702.</p> <p>De bono habitu liber. IV. 750—756.</p> <p>In Hippocratis librum de acutorum victu commentarius: 1. XV. 418—513. 2. — 514—625. 3. — 626—731. 4. — 732—919.</p> <p>In Hippocratis librum de alimento commentarius: 1. XV. 224—228. 2. — 229—250. 3. — 251—374. 4. — 375—417.</p> <p>In Hippocratis aphorismos commentarius: 1. XVII. B. 345—450. 2. — — 451—560. 3. — — 561—651. 4. — — 652—780. 5. — — 781—887.</p>
---	---

\*



6. XVIII. A. 1—100. In Hippocratis prognostica commentarius:  
 7. — — 101—195.
- Adversus ea, quae Juliano in Hippocratis aphorismos enunciata sunt libellus. XVIII. A. 246—299.
- In Hippocratis librum de articulis commentarius:  
 1. XVIII. A. 300—422.  
 2. — — 423—491.  
 3. — — 492—666.  
 4. — — 667—767.
- In Hippocratis epidemiorum librum primum commentarius:  
 1. XVII. A. 1—83.  
 2. — — 84—202.  
 3. — — 203—302.
- In librum secundum commentarius:  
 1. XVII. A. 303—312.  
 2. — — 313—383.  
 3. — — 384—462.  
 4. — — 463—467.  
 5. — — 468—479.
- In librum tertium commentarius:  
 1. XVII. A. 480—575.  
 2. — — 576—645.  
 3. — — 646—792.
- In librum sextum commentarius:  
 1. XVII. A. 793—895.  
 2. — — 896—1009.  
 3. XVII. B. 1—119.  
 4. — — 120—221.  
 5. — — 222—310.  
 6. — — 311—344.
- In Hippocratis librum de fracturis commentarius:  
 1. XVIII. B. 318—417.  
 2. — — 418—531.  
 3. — — 532—628.
- In Hippocratis librum de humoribus commentarius:  
 1. XVI. 1.—206.  
 2. — 207—346.  
 3. — 347—488.
- Linguarum seu dictionum exoletarum Hippocratis explicatio. XIX. 62—157.
- Hippocratis de natura hominis liber primus et Galeni in eum commentarius. XV. 1—173.
- In Hippocratis librum de officina medici commentarius:  
 1. XVIII. B. 629—718.  
 2. — — 719—815.  
 3. — — 816—925.
- In Hippocratis praedictionum librum primum commentarius:  
 1. XVI. 488—586.  
 2. — 587—704.  
 3. — 705—840.
- In Hippocratis vel Polybi opus de salubri victus ratione privatorum commentarius. XV. 174—223.
- De historia philosophica liber spurius. XIX. 222—345.
- De humero iis modis prolapso, quos Hippocrates non vidit. XVIII. A. 346—422.
- De humoribus liber. XIX. 485—496.
- Utrum medicinae sit an gymnasticae hygieine, ad Thrasybulum liber. V. 806—898.
- De inaequali intemperie liber. VII. 733—752.
- Introductio seu medicus. XIV. 674—797.
- De libris propriis liber. XIX. 8—48.
- De ordine librorum suorum ad Eugenianum. XIX. 49—61.
- De locis affectis:  
 Liber 1. VIII. 1—68.  
 2. — 69—135.  
 3. — 136—215.  
 4. — 216—296.  
 5. — 297—376.  
 6. — 377—452.
- Adversus Lycum libellus. XVIII. A. 196—245.
- De marcure liber. VII. 666—704.
- De methodo medendi:  
 Liber 1. X. 1—77.  
 2. — 78—156.  
 3. — 157—231.  
 4. — 232—304.  
 5. — 305—383.  
 6. — 384—455.  
 7. — 456—529.  
 8. — 530—598.  
 9. — 599—660.  
 10. — 661—733.  
 11. — 734—809.  
 12. — 810—873.  
 13. — 874—944.  
 14. — 945—1021.
- Ad Glauconem de methodo medendi: Liber 1. XI. 1—70.  
 2. — 71—146.
- De compositione medicamentorum secundum locos:  
 Liber 1. XII. 378—497.  
 2. — 498—598.  
 3. — 599—695.

- Liber 4. XII. 696 — 803.  
 5. — 804 — 893.  
 6. — 894 — 1007.  
 7. XIII. 1 — 115.  
 8. — 116 — 227.  
 9. — 228 — 320.  
 10. — 321 — 361.
- De compositione medicamentorum per genera:  
 Liber 1. XIII. 362 — 457.  
 2. — 458 — 561.  
 3. — 562 — 651.  
 4. — 652 — 762.  
 5. — 763 — 858.  
 6. — 859 — 945.  
 7. — 946 — 1058.
- De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus:  
 Liber 1. XI. 379 — 458.  
 2. — 459 — 539.  
 3. — 540 — 618.  
 4. — 619 — 703.  
 5. — 704 — 788.  
 6. — 789 — 892.  
 7. XII. 1 — 82.  
 8. — 83 — 158.  
 9. — 159 — 244.  
 10. — 245 — 309.  
 11. — 310 — 377.
- Quod optimus medicus sit quoque philosophus. I. 53 — 63.  
 De melancholia ex Galeno, Rufo, Posidonio et Marcello, Sica-mii Aetii libellus. XIX. 699 — 720.  
 De totius morbi temporibus liber. VII. 440 — 462.  
 De causis morborum liber. VII. 1 — 41.  
 De morborum differentiis. VI. 836 — 880.  
 De morborum temporibus liber. VII. 406 — 439.  
 De musculorum dissectione ad tirones. XVIII. B. 926 — 1026.  
 De mota musculorum:  
 Liber 1. IV. 367 — 421.  
 2. — 422 — 464.  
 De nervorum dissectione. II. 831 — 856.  
 De instrumento odoratus. II. 857 — 886.  
 De ossibus ad tirones. II. 732 — 778.  
 De parvae pilae exercitio. V. 899 — 910.  
 De placitis Hippocratis et Platonis. Liber 1. V. 181 — 210.  
 2. — 211 — 284.  
 3. — 285 — 359.
- Liber 4. V. 360 — 427.  
 5. — 428 — 504.  
 6. — 505 — 585.  
 7. — 586 — 647.  
 8. — 648 — 719.  
 9. — 720 — 805.
- De plenitudine liber. VII. 513 — 583.  
 De ponderibus et mensuris doctrina. XIX. 748 — 781.  
 De praenotione libellus. XIX. 497 — 511.  
 De praenotione ad Posthumum. XIV. 599 — 673.  
 Praesagitio omnino vera exper-taque. XIX. 512 — 518.  
 Prognostica de decubitu et ma-thematica scientia. XIX. 529 — 573.  
 De ptisana. VI. 816 — 831.  
 De pulsibus ad Antonium discipli-nae studiosum ac philosophum. XIX. 629 — 642.  
 De pulsibus libellus ad tirones. VIII. 453 — 492.  
 De causis pulsuum:  
 Liber 1. IX. 1 — 54.  
 2. — 55 — 104.  
 3. — 105 — 155.  
 4. — 156 — 204.  
 De differentia pulsuum:  
 Liber 1. VIII. 493 — 565.  
 2. — 566 — 635.  
 3. — 636 — 694.  
 4. — 695 — 765.  
 De dignoscendis pulsibus:  
 Liber 1. VIII. 766 — 822.  
 2. — 823 — 877.  
 3. — 878 — 916.  
 4. — 917 — 961.  
 De praesagitione ex pulsu:  
 Liber 1. IX. 205 — 270.  
 2. — 271 — 329.  
 3. — 330 — 390.  
 4. — 391 — 430.  
 De usu pulsuum. V. 149 — 180.  
 Synopsis librorum de pulsibus. IX. 431 — 549.  
 Quod qualitates incorporeae sint. XIX. 463 — 484.  
 De remediis parabilibus:  
 Liber 1. XIV. 311 — 389.  
 2. — 390 — 491.  
 3. — 492 — 581.  
 De affectuum renibus insidentium dignotione et curatione liber ad-scriptitius. XIX. 643 — 698.  
 De causis respirationis liber. IV. 465 — 469.  
 De difficultate respirationis:



Liber 1. VII. 753 — 824.	De tumoribus praeter naturam.	
2. — 825 — 887.		VII. 705 — 732.
3. — 888 — 960.	De typis liber.	VII. 463 — 474.
De utilitate respirationis liber.	Adversus eos, qui de typis scripserunt.	VII. 475 — 512.
IV. 470 — 511.		
De sanitate tuenda:	De urinis compendium.	
Liber 1. VI. 1 — 80.		XIX. 602 — 608.
2. — 81 — 163.	De urinis liber.	XIX. 574 — 601.
3. — 164 — 232.	De urinis ex Hippocrate, Galeno et aliis quibusdam.	
4. — 233 — 304.		XIX. 609 — 628.
5. — 305 — 380.		
6. — 381 — 452.		
De optima Secta ad Thrasybulum liber.	De usu partium corporis humani:	
L. 106 — 223.	Liber 1. III. 1 — 87.	
De Sectis ad eos, qui introducuntur.	2. — 88 — 167.	
L. 64 — 105	3. — 168 — 265.	
De semine:	4. — 266 — 339.	
Liber 1. IV. 512 — 593.	5. — 340 — 408.	
2. — 594 — 651.	6. — 409 — 515.	
Quomodolibet morbum simulantibus sint deprehendendi libellus.	7. — 516 — 608.	
XIX. 1 — 7.	8. — 609 — 683.	
De sophismatis seu captionibus penes dictionem.	9. — 684 — 758.	
XIV. 582 — 598.	10. — 759 — 841.	
De Succedaneis liber.	11. — 842 — 933.	
XIX. 721 — 747.	12. IV. 1 — 71.	
De symptomatum causis:	13. — 72 — 141.	
Liber 1. VII. 85 — 146.	14. — 142 — 210.	
2. — 147 — 204.	15. — 211 — 262.	
3. — 205 — 272.	16. — 263 — 345.	
De symptomatum differentis liber.	17. — 346 — 366.	
VII. 42 — 84.	De uteri dissectione.	II. 887 — 908.
De temperamentis:	De venaesectione.	
Liber 1. I. 509 — 571.		XIX. 519 — 528.
2. — 572 — 645.	De venaesectione adversus Erasistratum.	XI. 147 — 378.
3. — 646 — 694.	De venarum arteriarumque dissectione.	II. 779 — 830.
De theriaca ad Pamphilianum.	De venereis.	V. 911 — 914.
XIV. 295 — 310.	De victus ratione in morbis acutis ex Hippocratis sententia liber.	XIX. 182 — 221.
De theriaca ad Pisonem liber.		
XIV. 210 — 294.		
De tremore, palpitatione, convulsione et rigore liber.		
VII. 584 — 642.		

- A** character apud *Hippocratem* quid significet. XVII. A. 612.
- Ab** (*ἀπό*) praepositio a Zenone sophisticè usurpata. V. 246.
- ABAPTISTAE** terebellae, quibus utimur in calvariae fracturis. X. 447.
- ABARTICULATIO** apud *Hippocratem* idem quod dearticulatio. XVIII. A. 304.
- ABASCANTI**, medicinam facientis Lugduni reined. ad scorpiones. XIV. 177. colica. XIII. 278. Cletii potio ad tabescentes. XIII. 71.
- ABDERITAE**, apud eos multi fatui nati sunt. IV. 822. Heropyti casus. XVII. A. 772. Nicodemi casus. XVII. A. 775.
- Abderitanae** virginis casus. XVII. A. 768.
- ABDOMEN**, defin. X. 411 sq. XIV. 705. quomodo secandum. II. 512.
- Abdominis** in regiones divisio. XVII. B. 534. annulus describitur. XVIII. B. 995. inflammationes. XIV. 379. linea alba. XVIII. B. 993 sq. musculi quatuor. XVIII. B. 993. eorumque usus. XVIII. B. 997. musculorum dissectio. II. 504 sq. 513. 514 sq. m. obliquus externus. II. 507. obliquus internus. II. 508. musc. rectus. II. 508. transversus. II. 509 sq. musculi unde venas accipiant. II. 810. musculi extenduntur, ubi vox editur. V. 232. musc. non solum ad excrementorum egestionem, sed ad efflationes quoque et voces edendas faciunt. II. 584. 587. partes crassiores meliores censentur, macilentae autem pravae. XVI. 244.
- ad **Abdominis** refrigerium. XIV. 379. sutura gastrorrhaphia vocatur. X. 411. quomodo perficiatur. X. 416. 418. vulnerum consideratio, eorumque cura. X. 412 sq. vulnerum deligatio. X. 419.
- ABIES**, acopon ex ea, praeparatio. VI. 286. usus. VI. 288. resina ad acopon. VI. 288. modice tum refrigerat, tum adstringit. XI. 873. XII. 114. semen quando pulcherrimum. VI. 287.
- ABLUTIONES** vid. *Cataclysmata*.
- ABORTUS** dicuntur foetus corruptiones, quae ad quadraginta usque dies fiunt. XVII. A. 445. in aliqua foemina erat salutaris. XVII. A. 345. quando indicetur unius aut alterius gemellorum. IV. 153. Attici eum *ἀποβλῶν*, *Hippocrates ἀποφοβῶν* vocat. XVII. A. 799. quomodo fiat, ejusque causae. II. 183. causae variae. XVII. A. 438. XVII. A. 635. XVII. B. 838. 846. causa alimenti indigentia. XV. 366. causa alvi fluxus frequentior. XVII. B. 823. causa amphibaena, si mulier gravida transgressa fuerit. XIV. 243. causa decoctum florum Leucoji epotum. XII. 58. causa febris oborta. XVII. B. 851. causa incauta purgatio praegnantium. XVII. B. 652. 655. efficit eum Stachys. XII. 130. causa in *Stymergi* uxore diuturna seditio. XVII. A. 324. causa tenesmus, gravidae accidens. XVIII. A. 125. causa venaesectio. XVII. B. 821. evenit, si mammae gracilescent. IV. 178. exspectandus, si mammae in gravidis extenuentur. VIII. 437. indicant eum mammae repente extenuatae. XVII. B. 527.
- Abortientium** mammae gracilescent. XVII. A. 307.
- Abortum** facile patiuntur praeter naturam tennes. XVII. B. 836. quando sit vere exspectandus. XVI. 374. qualibet ex causa vere fit, si hiems australis et pluviosa, ver autem siccum et aquilonium fuerit. XVII. B. 585. quamvis coeli temperie adducatur. XVI. 440. provocantia remedia ambrotica dicuntur. XVII. A. 799. an mulier fecerit ut cognoscatur, remed. XIV. 480. ad **Abortum** impellens cataplasma. XIV. 480. ad prohibendum. XIV. 476 ff. ex **Abortu** febre ardente laborantis mulieris casus. XVII. A. 629. alius XVII. A. 634. **Abortus** uteri inflammationis causa. XVI. 180.
- ad **Abrasa** optimum remedium emplastrum ex pipere album. XIII. 417. **Abrasis** utile empl. melinum *Menoeti*. XIII. 511.
- ABROTONUM**, non, ut *Pamphilus* putat, Romanis appellatur santonicum.



XI. 804. duae ejus species sunt. XI. 804. herbae ejusdem facultates et vires medicae. XI. 798. amarum est. VI. 731. ex aceto mulso utile in peripneumonia. XV. 858. meatus purgat. XI. 745. cinis ejusdem omnibus ulceribus mordax est. XI. 806. absinthio substituitur. XIX. 726. pro sampsucho adhibetur. XIX. 742. substitui ei potest origanum. XIX. 723.

ABRUPTA quae dicantur. XVIII. B. 888.

ABSCESSEBUNT, (quae) subligatione adducantur. XVIII. B. 786.

ABSCCESSUS (Abscessus singularum partium vide sub partibus, in quibus contingunt) definitio. VII. 715. XI. 115. significatio apud *Hippocratem* XVII. B. 110. defin. XVIII. B. 795. XIX. 442. ejus duplex genus est. X. 984. aut rectus est, aut obliquus XVIII. B. 797. corpora, quae saepe in iis reperiuntur. VII. 718. XI. 116. boni aut mali qui sint secundum *Hippocratem*, et per quae loca abscedant. XVII. A. 308. iis, qui trigesimum annum non attigerunt, magis et breviori tempore contingunt. XVIII. B. 274. 280. senioribus minus. XVIII. B. 277. quando exspectandi in iis, qui modo ex morbo surrexerunt. XVI. 285. raro fiunt iis, qui cum rigore febricitant. XVII. A. 852. metuendus, si quis, antequam in morbum incidat, aliqua corporis parte laborarit. XVI. 287. hieme magis contingunt. XVIII. B. 283. in iis contentorum differentiae. X. 984. in eo pulsum cum dolore sentimus. VIII. 75. in *abscessu* animadvertendum quo, unde et quamobrem. XVII. A. 927. in quosnam varios locos fiant. VII. 738 sq. tempora tria *Hippocrates* accipere videtur. XVI. 286. optimus, qui in ventrem fit. VII. 738. quinam optimi. XVIII. B. 216. quinam meliores, quique pravi. XVI. 247. qui foras aperiantur, leviores, quam qui intus. XVIII. B. 102. per effluxum qui fiunt, meliores, per decubitus pejores sunt. XVII. A. 217. in superioribus partibus cur ut plurimum sint difficiliores. XVI. 284. qui in partes infra umbilicum decumbunt, bonos, qui supra, non bonos *Hippocrates* dicit. XVI. 285. in inferioribus corporis partibus meliores esse *Hippocrates* dicit. XVII. A. 924. in superioribus difficiliores. XVII. A. 925. pravus,

qui sub peritonaem. VII. 738. quando sit in pectoris pulmonisque morbis secundum *Hippocratem* exspectandus. XVII. A. 933. 934. 938.

*Abscessus.*

*Causae.* — Fiunt ex quorundam humorum aut spirituum vaporosorum abundantia. XI. 116. fiunt etiam ab humoribus colliquatione, animi affectionibus. XVI. 287. causa incoctorum humorum copia. XVII. A. 131. quandonam faciat dysenteria sedata. XV. 859. etiam tusses excitant. XVI. 286.

*Prognosis.* — Eruptio, praesertim in ventrem, stomachum aut thoracem vires frangit. XI. 49. in *abscessus* malos cruda se vertunt. XVI. 72. ruptura quo die contingat. IX. 890. multorum soboles tussis. XVII. A. 331. in articulis quando sit secundum *Hippocratem* exspectandus. XVII. A. 930sq. ad articulum aliquem quando sint in febre exspectandi XVIII. B. 272. 276. et quibusnam ii potissimum superveniant. XVIII. B. 274. ad articulum in longa febre salutariter affecto aegro. XVIII. B. 272. ad aures futuros criticos color faciei qualis secundum quosdam significat. XVI. 8. post aures quando sit secundum *Hippocratem* exspectandus. XVI. 833. circa aures quando in febris oriantur. XV. 812. post aures quibus fiunt, quales urinae sint vitiosae. XVI. 816. circa aures ex pulmonis morbis quibus fiunt, evadunt. IX. 756. circa aures pulmonum inflammationem judicant. XVI. 464. post aures indicant capitis dolores cum comate, surditate. XVI. 838. ad aures facti peripneumoniam tollunt. XVIII. B. 209. quomodo hi sint praevidendi. XVIII. B. 210. 214. post aures evacuant tussiculae. XVI. 837. circa aures fiunt in febris laboriosis. XVII. B. 765. post aures sanant ciceres. XI. 877. circa collum crisin constituunt in causo notho. XV. 758sq. in contextu, qui. XIX. 445. ad crura in peripneumonicis utiles. XVIII. B. 215. quid accidat, sin hi dispereant. XVIII. B. 218. in crure observati sunt ex usu cantharidum. XV. 913. secundum dentes *Hippocrates* commemorat in pestilenti constitutione. XVII. A. 677.

*Diagnosis.* (XI. 117.) Ad diaphragmatis regionem futurum qualis indicet urina. XIX. 610. infra diaphra-



gma ex urina dijudicandi. V. 142. sub diaphragmate exspectandus, quando quis urinam mejat tenuem ac crudam tempore multo. IX. 758. in regionibus infra septum transversum quibusnam secundum Hippocratem sit exspectandus. XVII. A. 536. quando in febris a lassitudine sint exspectandi. XVI. 486. exspectandi in febris continuis, non in intermittentibus. XVIII. B. 277. cur in febris maxime ad articulos fiant, et maxillas. XVI. 282. ad inferiores partes quando sit in febris exspectandus. XVIII. B. 259. in febris ad articulos quando sint exspectandi. XVII. B. 697. 699. quando nam etiam in infernis partibus fiant in febris. XVI. 283. ex febre hieme magis contingunt, tardius cessant et minus recurrunt. XVIII. B. 283. in febre, qui eam non solvunt, diurnitatem significant. XVII. B. 730. quando febres quartanas sequatur. XVII. B. 124. furentes mitigat cyzicenum *Herae*. XIII. 815. in infernis partibus talem fieri, calor pedum indicat. XVI. 283. obortum inter muse, transversos et obliquos *Galenus* ex colore cognovit. XVI. 451. in peripneumonia si dispareat, quid accidat. XVIII. B. 218. quom ventrem vexat, somnus noxius est. XVI. 165. malignus mortis causa in *Ceneone*. XVII. A. 322 sq. suppurantes rigoris causae. XVII. B. 58. critici. XV. 605. critici quando in febris exspectandi. IX. 753. critici post aures futuri signa. XVI. 229. nonnunquam judicant morbos acutos. XV. 844 sq. judicant febres singul-tuosas. XV. 846. per abscessum judicatio quando praesagienda ex pulsu. IX. 429. judicat causum secundum Hippocratem; sed rarissime hoc fit. XV. 750. per abscessum quales ut plurimum judicentur morbi. XVIII. B. 160.

*Cura.* (XI. 117 sq.) Cura quomodo a cura sinuum differat. XVIII. B. 805. non sunt temere sanandi. XVII. B. 110. liberat urina multa, crassa et alba. XIX. 611. ne in scirrhum abeat, cura. XI. 122. prohibet emplastrum *Chalcidei*. XIII. 803. maturantia remedia XI. 118. 123. adiantum. XI. 812. aegyptia *Andromachi*. XIII. 643. emplastrum barbarum *Herae* nigrum. XIII. 557. expressorium emplastrum. XIII. 932. emplastrum fuscum Ae-

gyptium. XIII. 899. emplastrum *Hicestii*. XIII. 787. emplastrum *Pamphilion*. XIII. 447. ad abscessus non omnes, verum ad mediocres in teneris, mulieribus, pueris et senibus commendatur emplastrum ex pipere album. XIII. 418. emplastrum sacrum. XIII. 778. medetur iis mentha. XIV. 543. mentha cum polenta. XI. 883. in filio Pisonis theriaca sanavit. XIV. 219. calidis impositus, concoquere potest sanguis ursinus. XII. 262. cura eorum, qui in alto corporis consistunt. X. 985. ad abscessus in alto corporis obortos malagma *Lucii*. XIII. 969. ad abscessus circa genu emplastrum *Attalici* album. XIII. 423. abscessus in spatio intercostali cura chirurgica. XIV. 786. internos sine dolore discutiens emplastrum. XIII. 507. ad abscessus internos potio. XIII. 65. ad internos thespiana *Appollonii*. XIII. 67. internos dirumpit thlaspi semen epotum. XI. 886. ad abscessus in mammis isis. XIII. 774. ad abscessus occultos thespiana confectio. XIII. 99. ad abscessus particulares emplastrum attrahens album. XIII. 933. emplastrum attrahens *Andromachi*. XIII. 935. abscessus in profundo sanat malagma e baccis lauri. XIII. 259. ad abscessus profundos malagma *Dioscoridis*. XIII. 968.

*Cura chirurgica.* — Abscessus quomodo aperiendus. X. 886. XIV. 781. deligationis ratio in iis servanda. XVIII. A. 781. scarificationis usus, si cutis admodum sit intenta. XI. 119. **ABSINTHIUM.** Species ejusdem tres distinguendae sunt. XI. 804. facultates et usus medicus. XI. 798 sq. 805. facultas duplex. X. 789. vires. VI. 426. ejus, et succi facultates medicae. XI. 844. amarum est. VI. 731. non solum amarum est, sed et adstringit. XI. 690. necat ascarides. X. 1021. adversissimum iis, qui humorem pituitosum in ventre habent. VI. 428. intus repurgare cur possit, extus non. XI. 744. gratum stomacho et amicum. XI. 801. ejusdem decoctum ad alvi fluxum. X. 572. portio cum melle dulcimarum saporem habet. XI. 586. cum aceto ad fungos venenatos. XIV. 140. in oleo coctum quibusnam utile et quibus non. X. 961. cum vino, castorio et ruta ad ixiam epotam. XIV. 140. substi-

tuitur ei abrotonum. XIX. 726. substitui potest amygdalis amaris. XIX. 724. pro polytricho eo uti potest. XIX. 740. *absinthii* pontici descriptio. X. 790. pontici facultates et usus. X. 789sq.

ABSTERGENTIA MEDICAMENTA. XIII. 499. aeris squama. XIII. 663. aerugo. XII. 218. alisma s. damasonium. XI. 861. amara. XI. 683. aphronitrum. XII. 213. arnoglossum (plantago). XI. 839. asparagus mycanthinus s. petraeus. XI. 841. vehementer astaphis agrestis. XI. 842. semen atriplicis. XI. 843. caries lignorum. XII. 118. chamaepitys. XII. 155. crethmon. XII. 44. radix dipsaci. XI. 864. ficus. VI. 571. bulbosus sativus. XI. 851. ciceres. VI. 533. gallium. XI. 856. helxine. XI. 874. lampsana. XII. 56. myrrha. XII. 127. pepones. VI. 564. populus alba. XII. 59. rhu. XI. 574. salsa amara. XI. 453. tamarix. XII. 80. vitis albae radix. XI. 826.

ABSTINENTIA, morbi (ex-) cura. XIV. 731.

ABURNIO *Valenti* praeparatum acon polyteles. XIII. 1027.

ACACIA. Ejusdem fructus et succi et totius plantae facultates. XI. 814. ad haemorrhagias utilitas. X. 329. ad ulcera interna. X. 298. *Acaciae* succus pro hypocystidis succo. XIX. 745. succus pro hypocystide. XIX. 745. pro *acacia* adhibetur lentisci succus. XIX. 723.

ACACHI compositio ad sanguinis rejectionem. XIII. 79.

ACADEMICI quamnam argumentationem in utramque partem vocent. I. 40.

ACALEPHE vid. *Urtica*.

ACANTHUS, foliorum et radicis vires medicae. XI. 818. alii melampyllum aut paederota vocant. XI. 818. siliqua substituitur spinae. XIX. 723. aegyptia, ejus facultates medicae. XI. 819. quidam arabicam vocant. XI. 819. albae, radicis et seminis facultates medicae. XI. 819. radicis vires medicae. XI. 818. semen pro lychnide. XIX. 735. semen, substitui ei potest lychnidis semen. XIX. 723.

in ACCENTU sophismata quae? XIV. 583.

ACCESSIO febris, confer. FEBRIS, PAROXYSMUS, CIRCUITUS. *Accessiones*

et constitutiones morbi ostendunt et anni tempora et circuituum invicem incrementa. IX. 560. in *accessionibus* abstinendum. VII. 426. per circuitus repetentibus nec cibos dare nec cogere oportet. XVI. 250. *accessionum* repetitiones. VII. 483.

ACCESSUS maris, vide MARE.

ACCIPITER in susino unguento coctus habetudini oculorum medetur. XIV. 242. *accipitres* feroces ossa dura et densa habent. III. 926. *accipitris* stercus ob nimiam acrimoniam inutile. XII. 305. *accipiter* fascia. XVIII. A. 777.

ACCLAVE scapulae acromion est. II. 766.

ACCRETIONIS motus qualis. XIX. 247.

ACERBUM, defin. XI. 453. ab austero intensione duntaxat diversum. XI. 452. vocatur, quod intense austereum est. X. 298. Graecis quid sit. XIII. 698. definitio secundum *Platonem*. XI. 446. i. q. austerum. VI. 475. exolutum austerum est. XI. 647. magis adstringit quam austerum VIII. 114. terreum cum sit et frigidum, triplici ratione exolvitur. XI. 647. quomodo acquirat dulcedinem, austerum evadat, acescat, et in pinguedinem cum dulcedine abeat. XI. 647. *acerba* quomodo ab austeris diversa. VI. 595. injucunda sunt. VIII. 114. crassarum partium esse unde cognoscatur. XI. 639. nutrire nequeunt. XI. 670. et austera adstringere dicuntur. XI. 639. *acerba remedia* sunt: arbuti fructus. XI. 648. hedera. XII. 29. mespilum. XI. 876. phyllitis. XII. 152.

ACREBITAS a frigido vincente perficitur. XI. 655.

ACERUM emplastrum *Galenii*. XIII. 759.

ACESIS emplastrum. XIII. 442.

ACETABULA idem quod COTYLEDONES. — uteri secundum *Praxagoram* sunt oscula venarum ad uterum accedentium. II. 906. (vasorum orificia) mucore sunt plena in iis, quae bimestres aut trimestres abortiunt. IV. 233.

*Acetabulum*. XIX. 769. mensura et pondere quantum. XIX. 779. quantum pendeat. XIX. 763. quot contineat cyathos. XIX. 760. habet sesquicyathum. XIX. 753. XIX. 774. quot uncias. XIX. 763. XIX. 776. italicum quantum pendeat. XIX. 766.



olei. XIX. 777. mellis. XIX. 778. *acetabulum* ossium, definitio. II. 736. *acetabula* pelvis. II. 772. cur non ibi sint posita, ubi tuber femoris. III. 213. veterinariorum. XIX. 772.

A. 775. palpitatione cordis laborantis. VIII. 305. *Parii* febre acuta laborantis. XVII. A. 737. partus pueri carnosus quadripollicaris et sine osibus. XVII. A. 359. *Pausaniae* Syri. VIII. 213. *Periclis* subsplenicis et febre acuta correpti. XVII. A. 766. percussus in peritoneo, qui urinam reddere non poterat. VIII. 13. peripneumoniae. VIII. 255. *Philini* uxoris, decimo quarto a partu die febre correptae. XVII. A. 269. *Philisci*. XVII. A. 195. XVII. A. 253. *Philistae* febre ardente laborantis. XVII. A. 585. phrenitidis acutissimae. VIII. 226. XVII. A. 759. sq. pleurifici. VIII. 141. XVIII. A. 13. podagrici, qui a remedio valde laedato male affectus est. XI. 433. priapismo laborantis et curati. X. 970.

*Casus* puellae chiensis ab Erasistrato descriptus et curatus, cui menstrua suppressa erant. XI. 200. pueri, qui ex lactis vitiosi usu ulceribus scatebat. VI. 686. pueri brachio puncti, qui periit. XII. 605. pueri puncti in pupilla. VII. 100. pueri, cujus cor denudatum erat, et qui nihilominus restituebatur. II. 632. V. 181. pueri, qui invitus alvum deponebat. VIII. 64. pueri, in quo aura epileptica observabatur. VIII. 194. ejus cura. VIII. 198. pulmonum morbo laborantis. VIII. 292. sq. pulsus celeris. VII. 470. duorum adolescentum, qui vario modo didicerunt pulsus. VIII. 762. *Pythionis*, febre ardente laborantis. XVII. A. 752. *Pythionis* febre acuta correpti. XVII. A. 480. sq. resoluti omnibus partibus, excepta facie. VIII. 211. resoluti in omnibus partibus demptis manibus. VIII. 212. rustici, qui a vipera morsus, amputato digito, servatus est. VIII. 197. sanguinem respicientis. VIII. 262. X. 366. 368. sanguinem per nasum dextrum regit *Galenus* praecognovit. XIV. 665. sanguisugae deglutitae. VIII. 265. cujusdam, qui sanguisugam in naribus habebat. VIII. 265. scirrhi in femore ex male curato erysipelate contracti. XI. 105. *Scopi* febre continua correpti. XVII. A. 426. a scorpione morsi. VIII. 195. *Secundi* diaphragmatis imbecillitate laborantis. VIII. 254. circa sedem et vesicam refrigerati. VIII. 256. senis, qui invitus alvum deponebat. VIII. 64. ex semine retento affecti. VIII. 418. servi genu dolores vehementissimos simulantis. XIX. 4. *Simonis*,

cui per hiemem latae pustulae effluerunt. XVII. A. 959. *Sileni*, febre ardente laborantis. XVII. A. 259. simiae cum cordis tumore. VIII. 303. sincipitis ossis fracturae. X. 452. sinuum a *Galeno* sanatorum. XVIII. B. 798. *Stesiani* VIII. 356. *Stymargi* uxoris, quae ex diuturna seditione abortum passa est. XI. 161. XVII. A. 324. suppuratione in alterius natis regione laborantis. VIII. 256. complicationis tertianarum trium. IX. 681. *Theagenis* hepatis inflammatione laborantis. X. 914. vertebrarum luxationis. VIII. 406. 407. virginis febre ardente correptae. XVII. A. 779. abderitanae virginis febre ardente laborantis. XVII. A. 768. cujusdam, qui viperam devoraverat, et siti inexplebili periit. VII. 135. a vipera morsi, qui colorem porri referebat. XVI. 451. de voce amissa casu ex alto. VIII. 50. 61. vocis vitiatæ ex nervi recurrentis refrigerio. VIII. 54. vocis amissionis ob strumas. VI. 869. *Zoili* febre ardente laborantis. XVII. A. 403. sq.

CATACLASIES sive CATACLISIES. XVII. A. 893.

CATACLIDA acromion vocant. II. 766.

CATACLYSMATA, quomodo parentur. XV. 198. aestate iis sunt adhibenda, qui tennes crassiores evadere cupiunt. XV. 198. pro individui habitu sunt modificanda. XV. 199.

CATAGMA ossium fractura est. X. 423. XVIII. B. 323. *Catagmatica* deligatio. XVIII. B. 726. emplastra sive fracturis convenientia. XIII. 534. *catagmatica* fascia. XIII. 384. *catagmaticum Andromachi*. XIII. 549. *catagmatica* ab *Asclepiade* tradita. XIII. 535. *catagmaticum Herae*. XIII. 546. *catagmaticum Moschionis*. XIII. 537. 646. sq. *catagmaticum nigrum*. XIII. 550. *catagmaticum nigrum ariston*, s. optimum. XIII. 535. *catagmaticum Oenanthe*. XIII. 540. *catagmaticum Pythionis*. XIII. 536.

CATALEPSIS idem quod *Catochos* et *Catoche*. VIII. 485. IX. 189. definitio XVI. 826. XVII. B. 457. definitio et tres ejus species. XIX. 414. sopor altus est. X. 931. est imaginatricis functionis laesio. VII. 60. cerebri affectus est. XVI. 827. a comate vigili quomodo differat. XVII. A. 640. *catalepseos*, cari, apoplexiae et soporis



differentiae. VIII. 232. quanam cerebri pars in ea maxime sit affecta. VIII. 232. fit ex refrigeratione primae partis sensitivae cum siccitate. XVII. B. 457. oculorum in ea conditio. XVI. 684. palpebrae apertae sunt. VIII. 232. pulsus, ejusque causae. VIII. 485. IX. 189. respirationis conditio. VIII. 232. vox laeditur. VIII. 270. in ea secundum Hippocratem vocis interceptiones sunt perniciosae. XVI. 715. cum exolutione prava est. XVI. 716. causa est stomachi imbecillitas. VII. 137.

*Cataleptici* etiam detenti vocantur. VIII. 485. casus. XVI. 682.

CATAPHORA definitio. VII. 643. XVI. 494. ab Hippocrate coma vocatur. VII. 644. 653. XVI. 495. XVII. A. 540. symptomata. VII. 658. XVII. A. 540. comes est cerebri refrigerationis cum humiditate. IX. 407. functionis imaginatricis laesio est. VII. 60. quando fiat. XVI. 646. quandoque somnolenta, quandoque vigil est. VII. 654. *Cataphora* somnolenta a quibusdam coma vocatur. VII. 643. somni conditionis in ea causa. IX. 140. lethargicam aliqui coma vocant. VII. 643. somnolenta phrenitidis et lethargicis non propria est, sed aliquando fit. VII. 655. 656. tremula et lethargica sequitur febrem quotidianam inveterascentem. VII. 466. vigil definitio. XVII. A. 694. in ea humor pituitosus abundat. VIII. 163. vigil et lethargicis et phrenitidis accidit. VII. 654. 656. vigil a profunda differt. XVII. A. 640. insomnis quando vocetur. XVI. 494. XVII. A. 390. insomnis species duae. VII. 657. insomnis quid significet. XVI. 707. insomnis quomodo a comate phrenitico insomni differat. VII. 658. commune ambarum, et differentiae a somnolenta. VII. 652. 657. in febris insultu nonnunquam oboritur. VIII. 134. ejus causa, ibid. et sq. raro febres arden-tes comitatur. XVII. A. 687. quando sit febris exacerbantis indicium. XVI. 705. pigra quae. VII. 659. cur in ea oculi clausi sint. XVI. 684. pulsus conditio. XVII. A. 541. pulsus languidus et magnus esse solet. IX. 481. in capitis dolore abscessum post aures significat. XVI. 838. parotidis futurae signum. XVI. 831.

*Cataphorae* causae. XVI. 706. XVII. A. 540. causae in febris insultu. VIII

134. causa est cerebri compressio. XVII. A. 522. immoderata humiditas. VII. 143. XV. 741. XVI. 222. 526. cerebri frigiditas et humiditas nimia. VIII. 131. XVII. A. 390. 660. gignit eam lactuca. VIII. 161. materiae crassitudines. XVII. A. 713. efficiunt morbi pituitosi et frigidi. VIII. 161. inducit papaver liberalius sumtum. VI. 548. ex pituita fit. XVI. 669. expectanda est, si pituitosi exiguam vomatur. XVI. 669. causa est pituita, in cerebro acervata. XVI. 780. XVII. B. 660. stomachi imbecillitas. VII. 137. immodicus vini usus. I. 661. ad *Cataphoram* remedia. XIV. 320. castoreum, ex rosaceo capiti colloque impositum. XII. 341.

CATAPHRACTUS dicta fascia. XVIII. A. 816.

CATAPLASMA ad remedia evacuantia pertinet. XI. 46. differentiae. XIV. 732. ad abortum impellens. XIV. 480. ad alopeciam. XII. 397. ex althaea anadendromalache vocatur. X. 960. sq. *Antonii* Musae ad hydropem. XIII. 263. ex arnoglosso, lenticula, pane et rosaceo ad rheumatismum. XI. 82. ab *Asclepiade* ad oculos conscripta. XII. 743. ad aures contusas. XII. 663. ad capitis dolores. XII. 568. ad capitis fluxionem. XIV. 499. 528. detergentia aut validius calefacientia siccant quidem, sed pus non movent. XI. 729. ex cruda farina ad erysipelas, quando inflammatio jam desiit. X. 951. ex farina triticea emplasticum est remedium. XI. 736. ex farina triticea et hydrelaeo pus movet. XI. 732. ex farina triticea magis convenit phlegmonis calidioribus. XI. 733. ex farina triticea noxium in rheumatismo. XI. 81. ex triticea farina in oleo et aqua coctum ad suppurationem inducendam. XI. 84. indicationes et contraindicationes in febris putridis. X. 780. sq. ad necandum foetum citra noxam ullamque suspicionis notam. XIV. 481. hepatica. XIII. 219. laxantium effectus. X. 804. ad lienem praestans. XIV. 524. aliud ibid. ad lienem valde bonum. XIV. 574. lip-pientium ad doloris vexationes ac maxime epiphoras, quibus usus est *Heraclides Tarentinus*. XII. 743. ex lini semine aqua et oleo coctum ad hypochondria in febris jactatoriis. XV. 816. ex lini semine usus in lateris dolore. XV. 857. ex lixivio stilla-

titia et cruda lysi, ad nervorum vulnera. XIII. 574. ex malvis ad erysipelas. VI. 629. ex milio ad quid utile. XII. 16. *Musae* ad hydropem. XIII. 263. oculorum. XIV. 346. ad oculorum fluxiones. XIV. 346. ad oculorum rheumatismum. XIV. 522. ex oxymelite et fabacea farina ad nervos contusos valet. X. 408. ex pane difficulter cedentibus phlegmonis idoneum. XI. 733. ex pane magis discentem vim habet, quam quod ex tritico fit. XII. 111. ad pedum laborem ex offensione vel casu vel aliquo alio acri dolore. XIV. 535. ex plantagine ad carbunculos. X. 981. ex sempervivo et malicorio in vino decoctis ad rheumaticam inflammationem. XI. 81. ad splenem. XIV. 378. stomachicis utile. XIV. 520. qualia in ventriculi et hepatis phlegmone in usum sint vocanda. X. 792. ad recentia vulnera ex ense vel ligno. XIV. 578.

CATAPOTIA. Catapotium ad ipsam ad stomachi ardorem. XIII. 145. *Andreae*, paeonium dictum ad splenem. XIII. 242. anodynum *Aphrodae*. XIII. 95. ad dysenteriam *Aspasii*. XIII. 302. *Bassi*. XIII. 60. *Chariventis* ad sanguinis rejectionem. XIII. 85. coeliacis et dysentericis utilia. XIII. 302. dolorem sedans. XIII. 60. dyspnoicis et asthmaticis conveniens. XIII. 109. febrem sedans *Darii*. XIII. 69. *Flaviani* Cretensis ad plethysin. XIII. 72. *Galenii* ex aloë, scammonia et colocynthide. XII. 385. Harmonia dictum. XIII. 61. hepaticum. XIII. 208. *Hevaclidae Tarentini*. XIII. 328. diversa ex *Hippocrate*. XV. 917. ad stomachi subversiones *Origeniae*. XIII. 143. Paeonium dictum *Andreae* ad splenicis. XIII. 242. Panacea. XIII. 60. concoctorum ex libris *Perigenis* ad tussim et destillationem. XIII. 69. *Platonis* ex marrubio. XIII. 60. album *Prytanis* et *Apollinis*. XIII. 73. resicatorum. XIII. 68. *Scribonii Largi* ad plethysin et alios morbos. XIII. 99. immodicam sitim, ex nimio ardore extinguentia. XIV. 371. quaedam, quae sub lingua continentur, sputa eracuant. XVI. 168. *Scribonii* ad tussim. XIII. 67. ad stomachi ardorem. XIII. 145. ad tussim *Crispi Liberti*. XIII. 67. ad tussim *Galenii*. XIII. 64. ad tussim statim auxilians. XIII. 71. ad tussim humidam. XIII. 68. ad

tussim recentem. XIII. 59. ad tussim ex libris *Perigenis*. XIII. 73.

CATARACTA, definit. XIV. 775. et quomodo a glaucomate differat. XIX. 438. in quonam oculi humore locum habeat. XVIII. B. 73. oritur vaporibus ichorum, in ventrem defluxorum. VI. 426. stomachicum symptoma eam esse, unde cognoscatur. VIII. 223. sq. diagnosis ejus speciei, quae ab ore ventriculi male affecto fit, et ejus, quae vera est. VIII. 222. ejus symptoma in affectibus stomachicis nunquam accidit, et cur. VIII. 137. in ea obstruitur solaris luminis meatus. V. 635. aliquae species. VII. 95. ejus initium. VIII. 223. centralis effectus in visum. VII. 95. partialis in visum effectus. VII. 95. interjacet humorem crystallinum et corneam, et visum impedit. III. 760. quae corpora habet inter se non conjuncta crassa, qua ratione visum turbet. VII. 96. similia symptomata oriuntur, ubi exhalationes a ventriculo ascendunt. VII. 97. VIII. 137. 221. 223. causa usus remedium ineptorum. X. 171. signa quibus dignoscatur, an suffusi, detracta cataracta, visum recepturi sint, nec ne. VII. 89. quonam signo deprehendatur, an salva sit videndi facultas. V. 615. in eam incidere solent, qui lucem noctu vident in somnis, patefactis celeriter palpebris. V. 615. melancholiæ causa nonnunquam est. I. 282.

*Cataractae* cura. VI. 426. X. 987. XII. 801. remedia ad eam facientia. XII. 724. XIV. 414. 498. ad incipientem remedia. XIV. 349. ad incipientem antidotum zopyrion. XIV. 205. *Aetii Galli* compositio. XII. 738. *Cassii* compositio. XII. 738. initia ejusdem digerere dicitur bilis. XII. 279. principia juvant caules *Chamaesyces*. XII. 155. contra eam adhibetur succus cepae. XII. 49. succus cyclanini cum melle illitus. XII. 50. quaenam collyria utilia sint. XII. 257. *Hermophili* collyrium thalasserum. XII. 781. *Pomponii Bassi* collyrium. XII. 781. ad *Cataractam* incipientem collyr. *Proteus*. XII. 787. *Foeniculum*. XII. 67. *Hyaenae fel*. XIV. 241. ad incipientem *Indicum basilicon*. XII. 782. incipientem nonnunquam discit myrrha, cui opocalpason admixtum est. XIV. 58. piscium adipem laudant. XII. 331. prodest *Sagapenum*.



XII. 117. quidam utuntur sanguine columbino, protinus videlicet atque ex animali mactato effluit, affunduntque venis ad alas incis. XII. 256. ex ictu ortam juvant folia Stoebes viridia illita. XII. 130. operatio. XIV. 784. operatio inde inventa, quod capra, ea affecta, junco aculeato in oculum impacto, visum recepit. XIV. 675. operatio plenam lucem exigit. XVIII. B. 681. curati cur quidam non videant. V. 615.

CATARRHUS (confer. DESTILLATIO et Fluxio e capite.) definitio. XIV. 742. XVIII. B. 180. XIX. 418. unde nomen acceperit. VII. 263. vocatur, quum excrementum in os deduit. XVI. 171. cerebrum frigidum humidumque indicat. I. 634. in eo vox rauca fit. III. 535. VIII. 268. quando raucitas sequatur. XVI. 171. cerebri processuum mammillarium obstructio in eo locum habet. VII. 107. quinam levi ex causa eo corripiantur. XVIII. A. 10. obnoxii sunt podagrici. XVII. A. 431. facile corripiuntur temperamento frigido praediti. I. 325. qualitas et quantitas excretorum capitis affectio nem declarat. VIII. 165. virilis morbus est. V. 696. tussiculoso, cur senes laborent. XVII. B. 648. conditio respirationis in vehementi. VIII. 276. ad pulmones transiens viginti diebus suppuratur. XVIII. A. 141. quomodo noceat pulmonis morbis superveniens. XVIII. B. 180. brevi me-cans qui apud Hippocratem vocetur. XVII. B. 588. sq. ex plenitudine oritur. VI. 375. ex catarrho sanguinem qui rejiciunt, quomodo curentur. X. 368. casus ejusmodi narratur. ibid. certo tempore in ventriculum defertur. X. 513. causae. XIV. 742. causa cerebrum. VII. 262. XVI. 171. excitant nix et glacies. XVII. B. 813. omnis a pituita fit. XV. 346. omnis secundum Platonem a pituita generatur acida et salsa. XVIII. A. 261. ubi concoquitur, pituita crassa evadit. XVI. 74. auxilium febris. XVII. B. 343.

Catarrhi cura. XIV. 742. ad catarrhum remedia parabilia. XIV. 510. 512. 514. in catarrho anodyna indicata sunt. X. 817. Lycopodis anodynum. XIII. 92. antidotus Philonis. XIII. 268. arteriaca Critonis. XIII. 36. aster dictum remedium. XIII. 91. aster stomachicus. XIII. 164. Perigenis

catapotium concoctorium. XIII. 69. harmonia dictum medicamentum. XIII. 61. melanthium calidum in linteo admotum, atq. assiduo olefactum. XII. 69. melanthium frixum. XI. 860. Nicerati mysterium. XIII. 96. panacea Antonii Musae. XIII. 57. Comonis panacea. XIII. 56. panacea Mithridatis. XIII. 55. papaver. VI. 548. styrax. XII. 131. terra Armenica. XII. 190.

CATATASIS definitio. XIX. 461.

CATELLI nuper pati potius imperfecti, quam coeci sunt dicendi. IV. 639. incitantur ad mordendum, licet validos dentes non habeant. IV. 692. parvi ventri impositi concoctionem juvant. XI. 724.

CATHAERETICA medicamenta quae, eorumque usus. XI. 756. ex accidenti cicatricem inducunt. XI. 758. usus in haemorrhagus. X. 324.

CATHEMERINUM non invenitur apud graecos scriptores et propterea febris etiam non cathemerina sed amphemerina dicenda. VII. 354.

CATHARTICA remedia confer. purgantia, cholagoga, hydragoga, phlegmonagoga, melanagoga etc.

CATHEGETES Lucius, ejus emplastrum epuloticum ex cadmia. XIII. 524.

CATHETER, descriptio et adhibendi ratio. XIV. 788. graecis metrenchytata vocatur. XIII. 316. ab Erasistrato in urinae retentione adhibebatur. XIV. 751. ejus applicatio et situm et figuram totius vesicae perspectam habere requirit. X. 301. adhiberi debet oborta urinae retentione ex immoderata vesicae tensione. I. 158. usus in vis urinary obstructis. VIII. 10.

CATHOLICEUS fascia. XVIII. A. 785.

CATOCHA quae dicantur. XVI. 696.

CATOCHA, (confer. CATALEPSIS) sive Catoche sopor altus est. X. 931. vocem laedit. VIII. 270. cum catoche vocis interceptiones secundum Hippocratem sunt perniciosae. XVI. 715. cerebri affectus est. XVI. 827. sq. quae cerebri pars in ea maxime sit affecta. VIII. 232. cum exolutione prava. XVI. 716.

CATOCHI et detenti vocantur. VIII. 485.

CATOCOS fascia. XVIII. A. 785.

CATOCUS idem est quod Catalepsis. IX. 189.

CATOTERICA remedia quae. X. 527.

**CAUCALIS**, eür etiam Daucus sylvestris vocetur, ejus vires medicæ. XII. 15.

**CAUDAE** animalium quale alimentum præbeant. VI. 788. equina (herba) vel *Hippuris*, ejus vires et facultates. XI. 889. piscium, et partes ei proximæ magis nutrire dicuntur. XIV. 239. hirudinum præcidenda est, ut diutius sugat. XI. 318. viperarum abjiciuntur. XIV. 238.

**CAULEDON**, fracturæ ossium species qualis. X. 424. XIV. 780. XVIII. B. 888. ejus deligatio. XVIII. B. 759.

**CAULES**, radices, folia, fructus, semina unius ejusdemque plantæ habent diversas sæpè facultates. VI. 457.

**CAUPONES** aves impinguescunt adversas constitutioni, quæ renum calculos gignit. VI. 435. quomodo vendant vina recentia pro vetustis. VI. 806.

**CAURUS** ventus. XVI. 406.

**CAUSA** eadem, diversos efficit affectus. I. 159. causæ et principii differentia. XIX. 244. definitio. VII. 45. 49.

*Causæ morborum*, defn. II. 365. VI. 860. sq. VII. 1. X. 65. 90. XV. 305. XIX. 343. 392. causæ morborum generales. IV. 742. morbi cujuscunque secundum *Asclepiadem*, *Erastriatum* et *Hippocratem*. XIV. 728. causæ secundum *Hippocratem*. XVII. A. 8. secundum *Platonem*. V. 666. *Platonis* locus ex *Timæo* huc pertinet. XVIII. A. 260. quid iis proprium. X. 90. genere plures sunt. VII. 47. multa genera sunt. XV. 301. 363. sq. XVI. 109. morbi duplicis generis sunt. XVI. 357. effectrices duplices sunt. XV. 125. omnium triplex genus est. IX. 1. XVII. A. 2. tres primitivæ quæ. X. 66. earum genera quatuor. XIX. 244. enumerantur et illustrantur. XIV. 691. morborum quomodo cognoscantur. XIX. 494. eas investigandi necessitas. XIV. 691. noscere eas methodici superfluum ducunt: reprehenduntur autem. XIV. 278. cognitio maxime necessaria ad curam eorum. I. 279. XV. 303. ablatiis, morbi sanantur. XVII. B. 502. ablatio quomodo fiat. XVII. B. 502. omnium, facultates lædentium inventionis summa quæ. VII. 205.

*Causæ abditæ* quæ. XV. 303. adjutricis definitio. XIX. 393. antecede-

tes et primitivæ. X. 66. antecedentes quæ. XIV. 692. XV. 112. XV. 302. XIX. 392. coadjutricis. XIV. 692. concausæ. XIV. 692. XV. 303. continentes. XIV. 691. XV. 302. XIX. 393. evidentes, definitio. XIX. 392. evidentes s. primitivæ quæ dicantur. XIV. 691. XV. 112. effectrices duplicis generis sunt. XV. 125. per se finientes. XV. 302. manifestæ quæ. XV. 303. XIX. 394. non manifestæ. XV. 303. XIX. 394. morbosæ quæ. I. 375. ad tempus obscuræ. XIX. 394. perfectæ seu per se finientes. XIX. 393. procatacticae. VI. 361. VII. 302. procatacticae s. primitivæ non curationis indicatrices sunt. X. 242. 246. recentes quæ. XV. 162. salubres, harum differentia. I. 365. 376. alias morbosæ esse possunt. I. 369. morborum cum caloris incommodatione. VII. 2. sq. morborum frigidorum. VII. 10. sq. morborum humidorum. VII. 19. morborum organicorum. VII. 26. sq. morborum siccorum. VII. 19.

*Causæ morborum*: actionis noxa et affectus, qui hanc creat, morborum causa est. X. 116. causæ morborum sunt: alimenti nimia copia. XV. 365. alimentum, ubi præter naturam plus ejus ingestum est. XV. 284. alimenta pravi succi. VI. 749. caloris immoderatio. VII. 2. sq. cibus præter naturam copiosior ingestus. XVII. B. 475. cibi glutinosi et crassi. VII. 287. cruditas. VI. 814. dolores atque gravitates. XVI. 471. edulia corrupta. XV. 365. habitus et temperamentum mutationes. XV. 570. num, quemadmodum *Julianus* proposuit, in humoribus sitæ sint. XVIII. A. 272. sq. humores. V. 678. humorum redundantia. V. 120. robur vel imbecillitas facultatis expultricis. XV. 126. humores, si quantitate excedunt, et in qualitate peccant. XV. 242. humorum intemperies et asymmetria. XIX. 491. alimenti indigentia. XV. 366. quidam causam morborum putant iram Deorum. XVIII. B. 17. intemperies. II. 121. mutationes repentinae. XVI. 315. 421. morbi alii. VI. 860. odores coenosi et palustres. XVI. 361. plenitudo aut defectus. XV. 284. situs mutationes. VII. 35. sq. anni tempora. V. 693. XVI. 313. 445. XVII. B. 563. venti. XVI. 394. victus ratio. XV. 117. 552. (de cau-



sis singulorum morborum conferantur morbi ipsi).

CAUSTICA medicamenta quae dicantur, eorumque natura. XI. 754. in corpore demum facultatem suam accipiunt. XI. 614. usus in ulceribus malignis. XVII. B. 326.

Causticum est auripigmentum. XIII. 568. euphorbium. XI. 879. pyrethri radix. XII. 110.

CAUSUS vide FEBRIS *ardens*.

CAUTERIA qua ratione sanguinem sistant. XI. 415. ad aegilopas utilia. XII. 821. ad dentes perforatos. XII. 861. ad crustas in ore. XII. 959. ad animalium venenatorum morsus. X. 896. *ignitum* quando sit utile in ulceribus malignis. XVII. B. 326. quibusnam in haemorrhagiis utile. X. 325. usus in iis, quibus humerus saepe excidit. XVIII. A. 375. usus in auris suppuratione a fractura. XVIII. A. 486. usus in carne mucosa facta. XVIII. A. 581. mambrium pannis est involvendum. XII. 266.

CAUTIO medicis maxime necessaria. XVI. 77.

CAVA Syria: in ea nascitur bitumen. XII. 375.

Cava ulcera: cavum ulcus quomodo a pleno differat. X. 188. impleri postulant. X. 285. replentur carne, quae ex sanguine ortum habet. X. 197. duplex in iis curationis scopus. X. 162. 174. medendi iis methodus. X. 167. adversissimum iis medicamentum oleum est. X. 166. *Hippocratis* iis medendi methodus. X. 173. siccati quidem postulant, minime autem adstringi. X. 194. qualia remedia iis convenient. X. 177. cava simul et sordida quomodo curentur. X. 218. replet ea aridum cephalicum *Lucii*. XIII. 846. sarcotica remedia requirunt. I. 261. X. 163. cava aperta, quae aperistata vocantur, quomodo curentur. XIII. 464.

Cava vena unde nomen accepit. IV. 668. *Hippocrates* eam jecoriam vocat. IV. 669. V. 658. XV. 435. et alimenti veliculum. XV. 266. a hepate oritur. IV. 541. V. 541. 659. principium ejus cor non est. V. 658. ad ultimam spinae vertebrae arteriae subjacet. IV. 325. a spina fuleitur. XVIII. A. 544. descriptio. XV. 135. truncus est omnium corporis venarum II. 780. V. 532. XV. 389. duas quidam accipiunt, alteram a hepate, al-

teram a liene. XVI. 783. situm habet optimum. III. 342. decursus et propages. II. 785. sq. IV. 669. XV. 139. 143. XVI. 136. directio. II. 59. descendens s. superioris rami. II. 787. adscendentis rami. II. 786. 808. adscendens s. inferior inseritur auri dextrae cordis. II. 786. III. 274. inferioris decursus. III. 418. sq. quomodo natura decursum ejus tutum effecerit. III. 419. inferioris scissio. II. 811. per diaphragma decursus. III. 312. et vincula, quibus ibi alligatur. III. 313. in foetibus in arteriam venosam et in aortam est pertusa. IV. 243. valvulae ejusdem (trisleae dictae) V. 548. respondet aortae. IV. 339. XV. 389. respondet plantarum medullae et canali. XVI. 343. ex utroque termino tripartita est. XV. 143. quibusnam partibus sanguinem mittat. V. 535. XV. 529. officium. III. 272. sanguinis in ea conditio. III. 272. XV. 243. omnibus partibus alimentum tribuit. XV. 243. etiam cordi. V. 280. molle substerniculum ei est lobus pulmonis quintus. III. 421. quartum est alimenti principium. XV. 387. in ea primum sanguis ab excrementis purus relinquitur. XV. 387. utilitas, quam cordis auricula ei praestat. III. 482. utrinque ei renes adhaerent. II. 59. III. 273. et ad utrumque vas emittit. IV. 169. vulneratam eam sequitur mors. III. 313.

CAVITAS sigmoidea ulnae. III. 142. sigmatoidea ulnae. II. 769. Cavitates partium, quae causae efficiant, ut intereant penitus vel oblaedantur. VII. 31.

CEBI, musculorum temporalium eorundem conditio. III. 844. minimam maxillam habent. III. 847.

CECIS vide GALLA.

CECROPIDAE Athenienses vocantur. XIII. 273.

CEDMATA definitio. XVII. B. 283.

CEDREA (oleum cedri) ejus vires medicae. XII. 16.

CEDRIAE succus caput per nares purgat. XVI. 148. substitui ei potest cedri bacca. XIX. 731.

CEDRIDES (cedri fructus), vires medicae. XII. 19.

*Cedrium* oleum, ejus vires. XII. 16. calefacit. XI. 520. XIII. 568. qualitates. XI. 871. exsiccat. XI. 530. dolores sedat. XVII. B. 327.

**CEDRUS**, ejus species, earumque, et olei vires medicae. XIII. 16. fructus (*zedoicis*) figura, qualitates et facultates. VI. 591. bacca pro cedria. XIX. 731. et pro iis ladanum. *ibid.* fructus pro costo. XIX. 733. fuligo qualis. XII. 62.

**CELE**, definitio. II. 507. XIX. 448. (*idem quod hernia et ramea*).

**CELER pulsus**: VIII. 461. 824. 879. XIX. 406. quomodo differat a crebro. XIX. 638. causae. VII. 762. VIII. 502. 511. IX. 8. 9. 33. 267. 292. 333. 498. 545. quomodo cognoscatur. VIII. 882. 885. IX. 113. 451. 456. quid significet. IX. 256. 272. 292. **celer et creber** quid significet. IX. 257. quid **celer et mollis**. IX. 259. quid **celer, mollis et vehemens**. IX. 260. quid **celer et vehemens**. IX. 259. extrema celeritas minus est periculosa. IX. 545. celerem in stomachicis omnibus esse, quidam putant. VIII. 835.

**Celerrimus pulsus** quando fiat. IX. 11. modice periculosus est. IX. 294. 546. **celerrimus et creberrimus** quid denotet. IX. 334.

**CELERI Primipilario** compositum est myracopon regium. XIII. 1031.

**CELERITAS** et elegantia faciunt artifices. XVIII. A. 768. celeritas et elegantia chirurgi necessariae in fasciis applicandis. XVIII. A. 769. 771.

**CELLA** vinaria quomodo fieri possit calida. XIV. 17. secundum quosdam in aedibus ad aquilonem est exstruenda. XI. 662.

**CELTAE** pingues a quibusdam dicuntur. XI. 511. etiam *Galatae et Galli* vocantur. XIV. 80. cutis conditio. I. 627.

**Celtica nardus**, ejus vires. XII. 85. ex ea medicamentum ad hepaticos. XIII. 209.

**CENCHRAMIS** fici semen est. VI. 556.

**CENCHRIA** herpetis genus. X. 1009.

**CENCHRUM** vide MILIUM.

**CENEON** ob abscessum malignum mortuus est. XVII. A. 323.

**CENTAURI** crura quatuor habent simulque et manus. III. 169.

**CENTAURIUM majus**, qualitates et vires radices ejusdem. XII. 19. et morbi in quibus adhibendum. XII. 19. sq. utuntur eo vice Licii. XII. 20. **Centaurium minus**, radices, caulium et foliorum vires medicae. XII. 20. tenae ad sinus curandos. XI. 135. minus ad nimiam obesitatem. X. 994. ad

renes purgandos. XIV. 759. substitui potest aloae indicae. XIX. 724. substituitur Agallocho. XIX. 723. rheo succedit. XIX. 741. pro symphyto. XIX. 744.

**CENTRUM** definitio. III. 815.

**CEPA** pravyum est edulium. VII. 285. ejus et succi vires, qualitates et facultates medicae. VI. 658. XII. 48. sq. opsonium, non alimentum est. VI. 630. natura vitiosa est. XV. 365. flatum discutit. X. 866. bis cocta. VI. 632. radix acris est. VI. 646. acrimoniam habet. XI. 632. aperiens est. XI. 750. calorem insitum auget. VII. 6. mali succi est. VI. 794. ad obstructions ex cibis valet. VI. 341. calido ventriculo nocet. XVII. B. 285.

**CEPHALAEA**, definitio. VIII. 204. XII. 562. XIX. 416. sq. capitis morbus est. VIII. 204. internus capitis dolor est. XIV. 739. symptomata. VIII. 204. XII. 562. sq. cephalalgiae affinis est sed differt ab ea. VIII. 205. quinam ei sint obnoxii. VIII. 205. differentiae. VIII. 205. ea laborantes *Galenus* saepe sola purgatione sanavit. XI. 341. metastasis ad ventriculum nonnunquam fit. X. 513. cura. XII. 564. sq. XIV. 739. num apoplegmatismi in usum sint vocandi. XII. 566. adurentia in ea utilia sunt. XIV. 765.

**CEPHALALGIA** vid. **CAPITIS dolor**.

**CEPHALICA** emplastra: cur ita sint dicta. XIII. 541. eorum virtutes. XIII. 542. cephalica *Herae*. XIII. 543. cephalicum viride ex collectaneis *Aphrodae*. XIII. 551.

**CEPHALICA** remedia, quomodo componantur. X. 445. eorum usus. XIV. 765. arida non solum ossibus denuclatis in capite, sed in aliis etiam partibus conveniunt. XIII. 844. sq. **Cephalicum Deileontis**. XIII. 744. **Dionysii Samii**. XIII. 745. **Philotae**. XIII. 745. aridum. XIII. 839. aridum, quo usus est *Lucius* praeceptor. XIII. 846. ex sulphio *ibid.* ex ervis, *Xenocratis* *ibid.* quod ex *Serapiade* inscribitur. XIII. 847. **Tryphonis** *ibid.* melanchloron h. e. ex nigro viride, quo usus est *Tryphon* *Archaeus*. XIII. 745.

**Cephalica vena**. II. 376. 790.

**Cephalicus pastillus**. XIII. 544.

**CERA**, ejus facultates medicae. XII. 25. candida, quae *tyrrhenica* nominata est, non sponte nascitur, quare



nullam evidentem habet acrimoniam. XIII. 411. dulcis mitigans est. XI. 496. quomodo lavetur. XI. 496. quae nam ad lavandum apta. XI. 636. elota acrimoniam deposuit. XI. 635. fugienda est, quae ex acri et thymoso melle conficitur. XI. 636. mordacitatis expers quae. XI. 490. *pontica* alba est, et licet aliunde veniat, ita vocata, quod plurima in Ponto alba nascatur. XIII. 411. *pontica* natura amara est, ex absinthio nata. XI. 635. unguentaria s. myrepsice. XIII. 639. sola ulceri imposita, illud sordidum reddit. XIII. 466. apta est phlegmonis ferventibus. XI. 734. ei succedaneum. XIX. 732.

CERAMIUM denotans sign. XIX. 759.

CERANITIS usus multiplicis. XIII. 836.

CERASA vel

CERASIA, figura et facultates. VI. 588. frigida sunt. XI. 645. quando edi commode possint, et quando non. VI. 811.

ad CERASTAE ictum theriaca. XIV. 90. theriaca *Andromachi* sen. XIV. 33.

CERASUS, vires medicae fructuum et ejus gummi. XII. 22. sq.

CERATIA, (ceratoniae siliquae fructus) eorum facultates. VI. 615. et vires medicae. XII. 23.

CERATIUM vel siliqua idem est quod granum. XIX. 759. 768. secundum *Dioscoridem*. XIX. 775. significans character. XIX. 749. 758. quot contineat aereos. XIX. 771. quot grana. XIX. 752. 764.

CERATOIDES (cornea) oculi tunica: quidam a cornu nomen accepisse putant. III. 771. sq. ejus structura. III. 772. XIV. 711. color. XIV. 712. cur versus anteriora convexa. III. 780. tenuis, alba et pura est. III. 643. quomodo sit a natura munita contra externas laesiones. III. 790. in senibus fit rugosa. III. 783. sq. VII. 100. et cur. III. 784. ejus usus. III. 773. si a statu normali recedit, visum obscurat. VII. 87. sq. densa aut crassa, si immodice humida, tenebras oculis offundit. VII. 100. crassitiem ejus detergit acori radix. XI. 820. ob erosam hanc tunicam uvea saepe laxatur. VII. 36. pars pupillae obversa, si mutata fuerit, visum laedit. VII. 98. morbi si magni sunt, visum prorsus impediunt. VII. 101. acrimonia eam exulcerat. XVI. 51. ulcera visum tur-

bant et caecitatem adducere possunt. VII. 99. ulceribus medendi methodus. XII. 716. vulnus penetrans caecitatem affert. VII. 100.

CERATOMALAGMATA. XIII. 1006.

CERATONIA, vires ejus medicinales. XII. 23.

CERATUM, duplex parandi methodus. XVIII. B. 365. mite quidem, sed novae carnis loco sordes parit in ulceribus. XIII. 367. simplici si acetum admisceas, longe frigidius fit. XI. 439. ad alvi fluxum quodnam optimum. X. 574. tum capiti tum collo admotum adversus anginam. XV. 787. ad ischiadicos *Herac* Cappadocis. XIII. 338. usus in laterum dolore. XV. 857. ex aqua ad erysipelas. X. 951. candida quomodo ab emplastris albis differant. XIII. 455. ex euphorbio. XIII. 588. *Galeni* ad ventriculi oris inflammationem. XIII. 119. humidum quomodo paretur. XI. 391. humidum, ejus usus in diversis morbis. XI. 391. humidum, ejus usus in fracturis ossium, ne phlegmone superveniat. X. 435. humidum, si ex aqua frigida subactum calido alicui affectui imponatur, protinus refrigerat. XI. 391.

*Ceratum* liquidum ex cera et resina paratur. XIII. 480. liquidi usus ad inflammationem in fracturis obviam sistendam. XVIII. B. 364. sq. ex melino utile, si ventriculus intus uritur, et phlegmonae similis affectus fit. X. 574. ex oesypo ad hypochondrii phlegmonas. X. 965. ex oleo dulci ad ventris mordicationes. XI. 489. picum. XVIII. B. 365. cum pice lenit dolorem et pus movet. XVIII. B. 538. cum pice ulceribus commodum. XVIII. A. 691. cum pice quando in ulcere conducat. XVIII. B. 538. rosaceum ad dysentericas dejectiones. X. 813. ex rosaceo et adipe infusum, succurrit ventris mordicationi. XI. 488. rosaceum ad dysenteriam. XVII. A. 352. rosaceum, cui immixtum est calcis aliquid, quidam ad erysipelas propinant. X. 952.

CERAUNIO substituitur leucographis. XIX. 731.

CERCHNOS tussim praecedit. VII. 173. ejus causae. VII. 173.

CERCIDAS citatur. X. 406.

CERDO calceos fractos emendat. V. 812.

CEREBALIA qualem terram requirant. XII. 165. indomita quae. VI. 784.

*Cereali* fructuum natura eadem manet. VI. 559.

CERELAEON, quomodo oriatur. XIII. 953. humidissimum acopon est. XIII. 1006.

CEREBELLUM quid. III. 637. XIX. 358. aliae ejusdem denominationes. II. 714. quidam medici cerebrum posterius vocant. I. 321. cerebelli forma, et compositio ab illa cerebri differt. III. 673. epenorans ab *Erasistrato* vocatur. III. 673. durae matris duplicatura a cerebro cur dirimatur. III. 637. ejus arteriae. IV. 334. verae. II. 714. processus ad cerebrum coronae vocati. XIV. 720. crura ad corpora quadrigemina, usus. III. 682. canali ex ventriculis anterioribus in posteriorem cohaeret cum cerebro. III. 665. ex *cerebellis* medicamentum ad sedem. XIII. 309

CEREBRA bubula venduntur. II. 708.

CEREBRUM in capite locatum est propter oculos. III. 635. vocatur *ἰσφαλοῦ* propter situm. III. 627. 628. quidam encranidem et encranium vocant. III. 666. corpus simplex est, praecipuum et princeps. XIV. 710. actionum voluntariarum principium. XV. 362. rationalis animae domicilium est. III. 700. V. 288. 521. 606. 649. VI. 73. VIII. 159. 174. X. 636. XV. 293. 360. avium exiguum est. VI. 705. tanto pedestrium est praestantius quanto est durius. VI. 705. quoad formam calvariae respondet. II. 219. cameli itemque mustelae affectum et ex aceto potum comitialibus morbis medetur. XIV. 240. cancris in pectore est. III. 629. ejus causa caput non factum. III. 626. aëre semper calidius. III. 618. 620. a cerebello dura matre duplicata dirimitur. III. 637. a cerebello utraque parte processus obtinet, coronae vocatos. XIV. 720. ejus conditiones et peculiaritates. XIX. 358. non, ut putaverunt quidam, caloris causa, qui cordi inest, ut eum refrigeret, factum. III. 615. 620. cordi connectunt tria vasorum genera. V. 263. non a corde habere facultatum suarum originem probatur. V. 265. qui a cranio ajunt formari, errant. III. 672. duplex cur sit, mollius anterius, reliquum durius. III. 637. cor et hepar facultatum nos regentium sunt principia. V. 506. animalis facultatis fons et principium. IX. 492. XIX. 459. facultatis ratio-

natricis sedes. V. 521. in eo etiam ratio et sensibilibus imaginum memoria est. VIII. 175. cur in foetu excellat. IV. 241. in foetu triginta dierum clare apparet. IV. 662. a calvaria formam habet. II. 219. functionum voluntariarum principium. XVI. 598.

*Cerebrum* hirundinis ad suffusiones oculorum. XIV. 240. homo maximum habet, non absolute, sed respectu animalium. XVIII. A. 235. leporis, ejus usus medicus. XII. 334. a pia matre continetur et constringitur. III. 657. medullam spinalem producit. IV. 541. quidam habuerunt medullae spinalis propaginem. III. 671. sed errant. III. 672. quid medulla spinalis cum eo habeat commune, et quid proprium. XV. 263. medulla spinali humidius. I. 570. humidius est et calidius quam medulla spinalis. I. 600. *Philotimus* omnino, alii per ambages inutile censuerunt, ut *Aristoteles*. III. 625. quidam medullam vocant. VI. 678. et motus et sensus origo. V. 520. motus voluntarii fons. V. 239. omnibus partibus sensum et motum tribuit. V. 644. principium est nervorum omnium moventium. I. 234. nervorum et medullae spinalis principium. II. 831. est sensus et nervorum principium. III. 242. IV. 11. nervorum principium. V. 210. 522. nervorum mollium origo est. III. 741. XV. 257. nervi substantia est simillimum. III. 636. sed mollius. III. 637.

*Cerebrum* ovillum ad dentitionem infantum utilissimum. XIV. 240. palmae vertex ejus dicitur. VI. 623. palmae cibus est. XI. 672. phoenicis arboris esui aptum est. XII. 151. posterius quidam medici cerebellum vocant. I. 321. in puerulis humidissimum. XVII. B. 629. pulsare quidam dicunt. VIII. 701. alii hoc ab arteriis pendere statuunt ibid. sensorium non est sed sensoriorum sensorium. VII. 139. prope cerebrum cur sensoria omnia esse debeant. III. 635. sensu praeditum est. VII. 531. similis pars est. XV. 252. fons spiritus animalis. X. 839. spiritu a corde allato non valde habet opus. IV. 503. crassi succi est. VI. 774. omnium vasorum originem putabat *Pelops*. V. 527. 544. habet ingentes ventriculos, qui pronis meatibus evacuantur. XI. 276. ad ejus ventriculos per nasum viam esse de-



monstratur. II. 867. virtutis in eo degentis opera. V. 600.

*Cerebrum* affectum esse docent: auditus laesio, manus tremulae etc. XVI. 713. cervicis dolor cum comate. XVI. 718. surditas. XVI. 574. male affectum visum laedit. VII. 86. affligunt laeduntque anodyna. XI. 767. ut alimentum. VI. 676. austerum quid in se continet. VI. 677. a succis gravatum cataphorae causa. XVI. 706. catarrhi et coryzae causa. VII. 262. catarrhi et gravedinis causa. XVI. 171. humidum coma efficit. XVI. 222. a pituita repletum causa comatis. XVI. 646. comesum juvat ex *Xenocratis* sententia. XII. 248. ortum praebet epilepsiae. VIII. 173. fluxioni facile patet. XI. 275. ad suscipiendam fluxionem promptum. XVI. 470. sed facile etiam ejicit ibid. multum humectatum comatis causa. XVII. A. 540. humiditate refertum causa sputationis in morbis. XVI. 540. humiditate repletia. VII. 141.

*Cerebrum* illaesum esse demonstrat mentis constantia. XVII. B. 529. laesum indicat delirium. XVII. A. 179. si laeditur, omnes partes statim insensibiles et impotentes redduntur. VII. 111. saepe muco evacuato purgatur. XV. 325. perfrigeratum esse quoniam symptomata doceant. VII. 201. pituita repletum causa apoplexiae. XVII. B. 626. purgatur per nares, palatum, aures, suturas capitis et forte per oculos. VI. 73. per palatum, nares et aures vacuatur. X. 527. per palatum, gurgulionem, nares et aures purgatur. XI. 93. XVI. 126. purgatur per processus olfactorios. XIV. 710. cur in pueris etiam per aures purgetur. XV. 332. cur quiete et virium instauratione egeat. VII. 141. sideratum quibus est, hi intra tres dies intereunt, quos si effugerint, sani evadunt. XVIII. A. 155. in somnis quiescit, in vigilis agit. VII. 141. nunc spiritum trahit, ut refrigerium capiat, nunc reddit, ut noxia a se expellat. II. 870. spiritus in ejus cavis contentus primum animae instrumentum. XVII. B. 248. spiritum trahere ut se refrigeret docetur. II. 885. succus atrae bilis in eo abundans deliria inducit ferina. VIII. 178. qua parte nervus acusticus oritur, laesum, surditatis causa. XVI. 191. ventriculo suas affectiones transmittit. VIII. 178.

vulneratum interdum sanatur. XVIII. A. 29. cum oleo et garo conditum totum sibi pugnans efficitur. XV. 463. *Cerebri* brevis descriptio. XIV. 711. anatomie traditur ab *Erasistrato*. V. 602. sq. anatomica cerebri administratio. III. 708. 717. partium aliae duriores, aliae molliores. III. 725. qua parte spinali medullae jungitur, durius est. III. 725. pars, quae quemadmodum tectum supra ventriculorum cavitatem est, testudinea et fornicata (fornix) cur vocetur. III. 667. posterior pars durior est anteriori. IV. 369. actiones. XVIII. B. 123. calidam affectionem qualis faciei conditio significet. XVI. 8. affectiones humidae comatosae sunt et somniculosae. XVI. 525. sq. primaria affectione principes animae functiones laeduntur. VIII. 166. affectus quando siccus dicatur. XVI. 200. arteriae. V. 196. calamus scriptorius. II. 731. calor et siccitas mentis emotionis causa. XVII. A. 390. caloris signa. I. 324. calor auctus causa vigiliae. XVII. B. 457. in capitis magnitudinem influxus. XVII. B. 55. cum cerebello connexio per meatum, qui ex ventriculis anterioribus ad posteriorem ducit. III. 665. causa num collum factum. III. 614. commissurarum meminit. II. 730. compressionis symptomata. XVII. A. 522. compressi in vivo animali symptomata. V. 185. concussionis periculum. XVIII. A. 171. consumptio apud *Hippocratem* quid significet. XVII. B. 4. sq. corpus callosum. II. 718. corpus conoideum. II. 722. quomodo inveniendum. II. 723. excrementa quoniam via eliminantur. II. 859. excrementa per nares desluunt. III. 649. crassa excrementa purgantes meatus. III. 693. excrementa maxima per sinciput diffiliari solent. XVII. A. 808. formationis tempus. IV. 672. fornix quomodo detegatur. II. 724. fornix usus. III. 668. frigidi indicia. I. 325. frigiditas causa cataphorae. XVI. 707. frigiditas et humiditas comatis causa. XVII. A. 390. humidioris signa. I. 326. humiditatis symptomata. IX. 407. humiditate conjuncti affectus comatosi et somniculosi sunt. XVI. 221. humiditatem vel frigus indicat torpor. XVI. 653. humiditas et refrigeratio causa comatis soporosi. XVII. A. 665. infundibulum quomodo et alias vocetur. II. 709. morbosae intemperie

symptomata. IX. 406. sq. intemperies sequitur facultatis animalis imbecillitates. IX. 548. intemperies quales pulsus generet. IX. 539. laesiones magni sunt momenti. IV. 508.

*Cerebri* pia mater ejusque usus. III. 656. sq. meatus tum per palatum in os, tum per narium corpus ejus excrementa crassa purgant. III. 687. viae a natura paratae ad vaporosa. III. 687. sq. 689. membranae duae. XIV. 710. meninges cur duae. III. 659. sq. membranae non sunt nervorum origines. V. 602. membranas pulsare quidam ajunt. VIII. 700. *Cerebri* membranis vulneratis animal statim immobile reddi *Erasistratus* putabat. V. 609. in *Cerebri* membranis lethargus constituitur. XIV. 741. ejusque membranarum phlegmones cura. X. 798. membranarum morbi signa quaeenam. XVI. 210. et ejus membranarum affectionis signa quaeenam dentur. XVI. 502. morbi quinam sicci dicantur. XV. 473. morborum diagnosis unde petenda. I. 355. morbi, in quibus obstructio locum habet. VII. 107. motus in recens natis tangi et cerni possunt. IV. 673. nates et testes s. gemelli. II. 729. *Cerebri* nates. III. 677. et testes. III. 678. nutritio. XV. 264. opus. X. 525. pars ea, quae oculis inest, ad pupillam coalescit. III. 644. partem putat semen *Alcmaeon*. XIX. 321. plenitudinis aut inflammationis signum rubor albi oculi. XVIII. B. 47.

*Cerebri* principium in foetu. IV. 541. processus ad nasum. II. 859. processus si obstruuntur, odoratus laeditur. VII. 107. refrigerationis perpetuum symptoma. IX. 407. item refrigerationis cum humiditate. IX. 407. refrigeratio mixta humiditati lethargus, siccitati vero, catalepsis vocatur. XVII. B. 457. sicci indicium. I. 326. siccitas et caliditas causa vitiiarum. XVI. 646. XVII. A. 665. substantia proxima adipi humiditatis ratione est. I. 600. substantiam *Plato* medullam vocat. III. 627. alii *Cerebri* s. cerebralem. *ibid.* temperamentum quomodo cognoscatur. I. 634. tendines. II. 730. torporem indicat oculorum statio. XV. 778. ad *Cerebri* transpirationem suturae. III. 691. usum *Aristoteles* ignoravit. V. 647. vasa, naturae providentia, quam in eorum

cursum observavit. III. 705. vasorum in eo distributio. III. 701. venae. II. 713. 806. sq. venae quae sinus vocantur, non habent propriam membranam. II. 711. vitiosae constitutionis indicium caput parvum est. I. 320.

*Cerebri ventriculi* figurae rotundae utilitas. III. 669. ventriculos exacte jam novit *Erasistratus*. V. 603. sq. ventriculi animae sedes secundum *Hierophilum*. XIX. 315. ventriculi odoratus sunt instrumenta. II. 869. ventriculus odoratus sensorium. VII. 104. XI. 698. in iis sanguis non continetur, nisi ex vase rupto. V. 183. ventriculi praeparant spiritum animale. III. 663. ventriculi cur duo. III. 663. ventriculus spiritus animalis organon. IV. 501. sq. spiritus in eo animae principium est. IV. 509. ventriculi animali spiritu repleti sunt. V. 154. spiritus in iis per arterias et venas gignitur. V. 356. spiritus in iis contentus rationis et memoriae instrumentum. VIII. 175. *ventriculorum* sectio. II. 719.

*Cerebri ventriculi* cur tanta vasorum copia sint praediti. V. 606. in eos venae secernunt superflua, arteriae spiritum respirant. III. 701. pituitosi humoris in ventriculis collectio apoplexiam et epilepsiam gignit. VII. 201. pituitosus humor in iis collectus cataphoram vel soporem inducit. VIII. 135. spiritus in iis contentus num animae domicilium an anima ipsa. V. 606. ventriculis prius laesis, dein iterum conjunctis, sensus et motus redit. V. 606. *Galenus* docet, non prius in animali vivo sensum et motum perire laeso cerebro, nisi ad aliquem ventriculum veneris. V. 605. ventriculi laesi in animali vivo motus sensusque expertia animalia reddunt. V. 605. ventriculo compresso sopor fit sine convulsione. VIII. 232. ejus velliculum totum corpus est, et pes. III. 243.

*Cerebri ventriculi* anteriores quamnam functionem habeant. III. 663. in iis olfactus instrumentum situm est. III. 647. XV. 325. ex anteriori nervi optici oriuntur. IV. 276. ventriculi anteriores cur in unum coeant. III. 667. ventriculi anteriores paulatim ad figuram conii coarctantur. II. 832. ventriculi priores quibus ab aestu, frigore vel humore oppleti sunt, odoratus depravatur. VII. 107. ven-



tricus posterior cur duplex esse non poterat, magnus vero admodum sit. III. 665. posterior cur anterioribus minor. III. 670. adolescens ventriculo altero anteriore vulneratus, superstes fuit. III. 664. ventriculus tertius et quartus quomodo detegantur. II. 728. quartum qui accipiunt, eum principaliorem judicant. III. 667. ventriculum quartum quid nonnulli anatomici vocent. III. 666.

*Cerebri* excrecentia vermiformis. II. 729. vermis usus. III. 677. vulnus cum febre et vomitu bilis conjunctum est, et cur. XVI. 535. XVIII. A. 84. vulnus in totum corpus reagit. V. 520.

in *Cerebro* anima rationalis sedem habet. XVI. 93. eo non eget foetus ab initio. IV. 672. a cerebro quod destillat, non pituitam quis recte appellet, sed mucum et gravedinem. II. 139. frigidum ei inimicum. XVII. B. 803. ex cerebro quibus morbi oriuntur, qualia symptomata superveniant. XV. 222. in cerebro non obscura solum gravitas, sed manifesta etiam apparet. VII. 531. cerebro quales affectiones oboriantur. VIII. 164. cerebro liquescente aurium sordes dulces fieri dicunt. XVII. B. 280. cerebro nocent multa pocula et Veneris abusus. XVII. A. 791. in cerebro consistere omnes principum animae actionum affectus omnes concedunt. VIII. 166. sq. in cerebro redundans humor si frigidus sit, insensibilitas et immobilitas hominem opprimunt, sin calidus est, perpetuus motus. X. 929.

*CERIA* vocatur longa lataque taenia. X. 1004.

*CERINE* ex aphonitro, a quibusdam *Dionysia* dicta, qua *Largus* usus est. XIII. 938. *Ctesiphontis*. XIII. 936. qua usus est *Menecrates*. XIII. 937.

*CERNUAE* durae carnis sunt. VI. 727.

*CERUMEN aurium*, in auribus colligitur natura, cerebri excrementa purgante. XVII. B. 240. unde oritur. XVI. 217. ad paronychias valere dicitur. XII. 308. dulce quando fiat, et quid hoc significet. XVII. B. 280. in morbis spectare jubet *Hippocrates*. XVI. 190. surditatis causa existere potest. XVI. 191. medici quidam degustant, ut exinde conjecturam faciant. XVI. 217. ad educendum remedia.

XIV. 407. *Apollonii* praecepta. XII. 659. devorandum esse scribit *Xenocrates*. XII. 249.

*CERUSIANA* antidotus. XIII. 105.

*CERUSSA* paratur in *Dicaearchia*, quae nunc vocatur Puteoli. XIII. 416. XIV. 9. ejus vires et usus. XII. 243. sq. adusta in sandica abit. XII. 244. quomodo lavetur. XIII. 407. siccatur et adstringit modice. X. 196. cum haec et argenti spuma comparatur molybdaena. XIII. 424. emplasticum remedium est. XI. 634. emplastris albis vel coloris causa admiscetur, vel ut quandam adstringendi et refrigerandi vim medicamento concilietur. XIII. 409. ex cerussa et lithargyro emplastrum alba. XIII. 409. Mensurae substantiarum in ea introeuntium. XIII. 413. rhodiaca. XIII. 415. inspersa in ulcus nihil valet. X. 196. dyspnoeam inducit. VII. 139. ad cerussam potam remedia. XIV. 144. ei substituenda remedia. XIX. 747. pro plumbo cremato. XIX. 736.

*CERVIX* (conter. *Collum*), definitio. XIV. 703. idem quod collum. II. 756. capiti jungitur. II. 755. valida cur robusta dicatur. XVII. A. 816. quibusnam graecis nominibus insignitur valida cervix. XVII. A. 816. dilatur in iis, qui tibiam canunt, et vocem acutissimam edunt. VI. 175. gibbositatis in ejus constitutionem effectus. XVIII. A. 503. manus et crura inaequaliter dispersa et nuda habere malum. XVIII. B. 61. cum pulmone interire videtur in animalibus. III. 610. quomodo exerceatur in parvae pilae ludo. V. 902. longa vitiosa est. XVII. A. 816. venas suas a jugularibus externis habet. XV. 530. posteriores ejus partes unde venas accipiant. XVI. 137. si intorqueatur in febre, et deglutitio impedita sit, letale. XVII. B. 708.

*Cervicis* posteriores partes proprie tendines vocantur. XIV. 703. cum pulmonibus commercium. III. 610. vertebrae ejus cur septem. IV. 105. dolor cum comate cerebrum affectum docet. XVI. 718. dolor aliquando criseos futurae signum. IX. 613. dolor malum quidem in omni febre, sed pessimum, quibus insania speratur. XVI. 663. dolores futurae haemorrhagiae indicia. XVI. 799. fiunt ex menstruis suppressis. XV. 327. dolor secundum *Hippocratem* menstruum pur-

COENA: in coena cicer elixum vel fruxum protragematibus sumitur. VI. 498. in coena cibos valentiores cur accipiebant *Athletae*. VI. 487. 661. in coena exhibendos esse valentiores cibos probatur. X. 490. ex coena febricitantis casus. X. 581.

COENATI, qui impransi sunt, quomodo afficiantur. XV. 560. gravantur, qui impransi manserunt praeter consuetudinem. XV. 562. et quomodo iis auxilium feratur ibid. qui coenaverunt praeter consuetudinem, quomodo afficiantur. XV. 552. et quomodo curentur. XV. 556.

COERULEUM ex albo et splendido coeuntibus efficitur. VII. 120. oculis jucundissimum. VII. 118. corrigit visus fatigationes moderatas. VII. 120. coeruleus color oculo jucundissimus. VII. 120.

COEUNDI appetentiam excitare creditur eruca. VI. 639. cupiditas unde oriatur. IV. 616. desiderium auget cicer. VI. 791. facultatem addit asparagus. VI. 653.

COGITARE multum quibus adversum. VI. 373.

COGITATIO, definitio. XVII. B. 263. XIX. 381. quibusnam sit utilis. XVII. B. 263. *Cogitationis* symptoma oculorum cavitas. XI. 12. *Cogitationes* corpus biliosius reddunt. XVII. A. 852. extenuationis causae. XVII. B. 84.

*Cogitator* cur dictus sit *Socrates*. XVII. B. 263.

COGNITU alia facilia sunt alia difficilia. V. 730.

COITUS: idoneum aetatis tempus, quo illo uti conveniat. I. 372. quot agendi facultates habeat uterus in coitibus. XIX. 362. aetati demum florenti conducit. VI. 84. quibus maxime salutaris sit, et quibus non. V. 911. exsiccatur. XVII. B. 284. inimicus temperamento sicco et frigido. VI. 402. frequens cur sit conceptionis mutilatae causa. XIX. 325. innoxius est calidis et humidis. VI. 402. cur maxime exolvat. IV. 588. pituita laborantibus secundum *Hippocratem* utilis. XVII. B. 284. plethoram oriri non sinit. XVII. A. 520. *Democritus* epilepsiam parvam vocavit. XVII. A. 521. intermissi sequelae. VIII. 417. sq. quidam horrore tentantur, quum incalescunt. XVII. B. 74. cum equa non potest procreare *Centaurum*. III. 170. ad coitum non stimulat *Orchis*, reprimit potius et cohibet. XII. 92. ad coitum femina semine incitatur. IV. 188. 190. ad coitum promptitudinem adducentia remedia. XIV. 488. ejus impetum cohibet agnus castus. XI. 808. cohibet ruta. XII. 101. XIV. 543. cohibere creditur viticis semen.



- VI. 550. *theriaca Andromachi senioris*. XIV. 35. ne quis exercere queat, remedia. XIV. 543. non appetunt castrati. IV. 572. commoderatio in eo necessaria iis, qui succos crassos congerunt. VI. 410. non appetunt feminae, quae ovaria non habent. IV. 622. cur cum eo maxima sit voluptas conjuncta, et cupiditas stimulans. IV. 179. stomachum exsolvit. XVII. A. 520. purgationem non postulat. XVI. 110. scopi in ejus usu sequendi. V. 914. rarius simul et imbecillius, frigidius et siccus reddit corpus. V. 914. quibusdam, quum eo utuntur, inflatur venter. XVII. B. 25. ad coitum incitat asparagus. VI. 653. bulbos sativus. XI. 851. ciceres. VI. 533. radix et semen dauci. XI. 862. eruca. XI. 808. gongylidis semen et radix. XI. 861. mentha. XI. 883. satyrium. XII. 118. urticae. XI. 817. pituita laborantibus utilis. XVII. B. 284. 289. in eo spasmus genitalium quasi accidit. IV. 187. quando re vera conducat. I. 371. ejus utilitates et noxae. V. 911. sq. secundum *Epicurum* nullus ejus usus est. I. 371. V. 911. XVII. B. 521. abstinentia stomachum roborat. XVII. A. 520. eo abstinere debent mulieres lactantes. VI. 46. exercitia qualia post coitum sint adhibenda. VI. 221. 225. a coitu lassati quomodo sint curandi. VI. 223. sq. qui diu abstinent, interdum priapismo corripiuntur. VIII. 450. immoderati noxae. V. 912. XVII. A. 791. immoderate utentes cur imbecilliores reddantur. IV. 588. immoderatus usus morbum futurum indicat. I. 360. quinam morbi eo augeantur. XVII. B. 288.
- COLA nominantur crassa intestina. XVII. B. 134.
- COLES, definitio. IV. 140. XIV. 760. pudendum virile vocatur. IV. 194. (cf. *Penis*) ejus partes. XIV. 706. glans. XIV. 706. qua ratione nervosus dici queat. XVII. A. 804. quidam eum nervum carnosum vocant. XVII. A. 805. cur ex ossibus pubis oriri debuerit. IV. 218. 219. apta ejus in medio positio. IV. 219. cur in coitu erectus esse debeat. IV. 221. erectionis causa. VIII. 441. sq. ejus erectionem provocantia remedia. XIV. 487. musculi, eorumque usus. IV. 222. musculi carneis partibus inseruntur. IV. 380. cur nervos multos
- acceperit. IV. 204. cur intendatur, et titillationis sensus in eo oriatur praesente in renibus calculo. XIX. 656. affectionum diagnosis. VIII. 438. ulceris indicium. VIII. 438. glandis ulcerum cura. X. 381. ad ejus dolorem et inflammationem remedia. XIV. 578. ad colem roborandum. XIV. 562. ne cui arrigi possit, remedia. XIV. 486.
- COLICA sive COLICUS dolor, definitio. XIV. 736. XIX. 422. symptomata prodroma. VIII. 85. est morbus acutus. XIV. 730. saepe duobus diebus detinuit. VII. 195. dolorum cum ea conjunctorum causae. VIII. 387. indicia. VIII. 384. conditio alvi dejectionum. VIII. 385. qua in re differat a nephritide calculis oborta. VIII. 390. incurabilis in senibus. XVII. B. 539. ex indigestione et refrigerio proficisci solet. XIX. 3. simulatae casus. XIX. 2. ex *colica* animi deliqui cura. XI. 60. *Hippocratis* de ea curanda sententia. XIV. 737. cura. XIV. 737. quosdam ea laborantes sanavit *Galenus* dato in potu medicamento ex aloë. VIII. 40. sola purgatione aliquando sanavit *Galenus*. XI. 341. potandum quidam dabat lupinum stercus, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam intervallis, siquidem phlegmone vacarent. XII. 295. ad *Colicos* remedia. XIV. 379. XIV. 467. XIV. 469. remedia ano immitenda. XIV. 470. alauda in jure elixa. XII. 360. alauda usta et comesa. XIV. 243. anodyna. X. 817. antidotus *Philonis*. XIII. 267. stercus caninum album. XIV. 457. cicadae siccae. XII. 360. clyisma acre pituita evacuata. VII. 348. clysteres. XVI. 146. apta compositio. XIII. 327. eclegma nectareum. XIII. 282. epithema. XIV. 470. quidam medicus Mysius bibendum stercus gallinaeum exhibuit. XII. 304. malagma *Antipatri*. XIII. 983. malagma ex *Areo*, in ipsis vexationibus impositum. XIII. 347. theriace. XIV. 91. 273. 301.
- COLICA vocata medicamenta. XIII. 266. remedia quomodo ab anodynis differant. XIII. 89. remedia cur vocentur. XIII. 273. (confer. *anodyna*). admirabilis ad volvulosos et qui stercus sursum evomunt in magnis doloribus. XIII. 278. efficax ad omnem inflationem. XIII. 279. *Abascanti*. XIII. 278. ab *Andromacho* conscripta. XIII.

276. *Apollonii*. XIII. 279. quam admiratus est *Ariston*, ut *Diophrantus* Lycius. XIII. 281. *Breniti*. XIII. 288. *Cassii*. XIII. 276. dolorem sedans *Cassii*. XIII. 286. *Euschemo Spadoni* inscripta. XIII. 287. *Lingonis*. XIII. 286. *Lucii*, Sicula inscripta. XIII. 287. ut *Nicostratus*, Isotheos appellata. XIII. 279. *Paccii Antiochi*. XIII. 284. ut *Publius* in *Putiolo et Apollonio*. XIII. 281. *Scribonii Largi* ex salice. XIII. 284. ut *Scribonius*. XIII. 280. *Sigonis*, qua usus est *Valens*. XIII. 285. *Tarentii Valentis*. XIII. 279. *Tullii*. XIII. 278. *Tullii* bona. XIII. 280.

COLLA, ejus vires. XII. 33. volucrum quale alimentum. VI. 788.

COLLAPSUS totius corporis indigentiae signum. XIV. 729. *Collapsus* in morbis quando oriatur. XVI. 238. quid indicet ibid. signum in exercitationibus sudor vehemens. XVII. B. 18.

COLLICLES empiricus. X. 142.

COLLINITIO podagricorum ac arthriticorum ex sale confecta. XIII. 1019.

COLLIQUATIO idem est quod fluor. I. 183. et excretio aegre dijudicatur. I. 184. quomodo plerumque fiat. XVI. 289. corporis causa abscessuum. XVI. 288. ejusdem causae. XVI. 288. sq. causa est humorum tenuitas et entis raritas. XVII. B. 522. adipis totius corporis indicantes urinae. XIX. 588. carnis in febre qualis urina indicet. XVII. A. 430. XIX. 589. signum alvi dejectio exigua, tenax, alba. XVI. 184. signa alvi dejectiones pingues. XVII. A. 708. signum est alvi excrementum pingue. IX. 593. XVI. 188. ex urina cognoscitur. XVI. 290. qualis urina indicet. XVII. B. 276. indicium urinae farinae hordeaceae similes. IX. 603. signum est urina, cui pinguedines innatant. XIX. 610. indicium pinguedines urinae supernatantes araneosae. XVIII. B. 161. signum urina oleosa. IX. 604. signum urina pinguis. XVIII. A. 135. quidam pro maximo signo febris ardentis habent. XVII. A. 695.

COLLISIO quid? I. 239. *Collisionis* partium causae. VII. 38. sq.

COLLUM (confer. CERVIX) definitio. II. 756. XIV. 703. capiti jungitur. II. 755. quatenam animalia non habent. III. 609. plerisque animalibus manus utilitatem praebet. III. 613.

animalia, quae collum longum habent et cartilagineas tracheae siccas, vocem clangorosam edunt. III. 535. collum et claviculas hominis modo habentia animalia. II. 430. breve datum quibusnam animalibus. III. 876. longum quibusnam animalibus et cur datum. III. 847. sq. longum cur habeant animalia unguibus fissis. III. 876. longum habent grues et ciconiae. III. 876. longum quatenam habeant animalia. III. 613. hominis tantae magnitudinis est, quanta pharyngi erat necessaria. III. 613. nervorum etiam originis causa adest. III. 613. pharyngis causa factum. III. 612. 613. simiae illi hominis simillimum. II. 845. simiae breve est. II. 219. quibus deest animalibus, haec muta sunt. III. 611. cum pulmone interire videtur. III. 610. dilatatur in iis, qui tibiam canunt et vocem acutissimam edunt. VI. 175. gibbositatis in ejus conditionem effectus. XVIII. A. 503. manus et crura inaequaliter dispersa et nuda habere malum. XVIII. B. 61. ad latera cum parva inclinatione moventes musculi. IV. 34. validum cur robustum dicatur. XVII. A. 816. venas suas a jugularibus externis habet. XV. 530. si intorqueatur in febre, et deglutitio impedita sit, letale. XVII. B. 708.

*Colli* et capitis partes communes quae. IV. 1. musculi. XVIII. B. 962. posteriores unde nervos habeant. II. 846. 849. ad latera cum parva inclinatione moventes musculi. IV. 34. in anteriora ducentes musculi. XVIII. B. 964. colli proprii musculi. XVIII. B. 962. oblique in priora flectens musculus. XVIII. B. 963. cum collo caput flectentes musculi. XVIII. B. 948. rectum efficientes musculi. XVIII. B. 964. nervorum dissectio. II. 426. cum pulmonibus commercium. III. 610. posteriores partes unde habeant venas. XVI. 137. vertebrae septem sunt. II. 755. 756. vertebrae cur septem sint. IV. 105. vertebrarum luxationis symptomata. VIII. 238.

*Colli* morbi. XIV. 778. abscessus quando in febribus oriatur. XV. 812. dolor, crisis aliquando futurae signum. IX. 613. dolor cum comate cerebrum affectum docet. XVI. 718. dolor malum quidem symptoma est in omni febre, sed pessimum, in quibus insania instat. XVI. 663. dolores



futurae haemorrhagiae sunt indicia. XVI. 799. dolor secundum *Hippocratem* menstruam purgationem portendit. XVI. 804. dolor et gravitas cum febris et citra febres oritur. XVII. A. 151. dolores ex menstruis suppressis. XV. 327. ad *Colli* dolores remedia parabilia. XIV. 517. 574. emplastrum sacrum. XIII. 779. tumor anginam solvit. XVIII. A. 58. partem alteram devinciens deligatio. XVIII. A. 821. perfrictiones secundum *Hippocratem* convulsionem indicant. XVI. 754. *Collo* privati quinam vario sensu dicantur. V. 384.

**COLLUTIONES** Archigenis ad apthas. XII. 1000. ad dentium molarium dolores. XII. 867. dentium. XIV. 357. gingivarum. XIV. 357.

**COLLYRIUM** et **COLLYRIA**, aerianum *Diomedii* ad epiphoras et veteres et recentes oculorum affectus. XII. 759. ex floribus aeris extergunt sycoses s. asperitates magnas palpebrarum. XII. 242. aestivum. XII. 760. arida. XII. 725. sq. arida ab *Asclepiade* conscripta. XII. 730. aridum ex psoricis *Heraclidae* ad circumrosos oculorum angulos. XII. 730. psoricum *Aelii*. XII. 730. ex libris *Philoxeni* aridum acharistum. XII. 731. *Philoxeni* ad lippitudinem siccam et sycosin, putrescentia et excrescentem carnem. XII. 731. *Capitonis* ad lippitudines siccas et oculos humidos ac angulos circumrosos et palpebras sycosas. XII. 731. ejusd. ex lapide haematite ad scabras palpebras. XII. 732. *Sosandri* ad palpebrarum defluvia, inveteratos affectus, et ad encanthidas. XII. 733. *Philoxeni* ad pruriginosos et erosos oculorum angulos. XII. 735. aromaticum. XII. 784. artemonium *Bassi*. XII. 780. ad asperitutes. XII. 775. 776. *Atymetri*. XII. 771. basilidion psoricum. XII. 788.

**Collyrium** chelidonium. XII. 783. cinnabarinum *Stoli* ad corrosos angulos, ophthalmias ad malum habitum adductas, intensos pruritus et inveteratos affectus. XII. 786. ex cornu cervi ad ulcera, pustulas, cicatrices oculorum. XII. 762. croceum *Antigoni*, leuculus appellatum. XII. 773. croceum *Asclepium* oxydercicum. XII. 785. croceum puerile, ad epiphoras et molestias doloris et ad affectus ex plagis. XII. 770. crocoides ad aurium robur. VI. 440. diaglaucium ad aurium

robur. VI. 440. *δια ῥόδων*. XI. 780. diarrhodon ad aurium robur. VI. 440. diarrhodon *Nili*, velut *Andreas* tradit ad dolores, fluxum uberem et tenuem, pustulas, prolapsus. XII. 765. diarrhodon *Tarentini*. XII. 766. *διαπομφόλυγος*. XI. 780. diasmyrnum *Synerotis* ad rhyadas et aegilopas. XII. 774. Diocleum, ad doloris molestias et epiphoras, oculos suppuratos, pustulas, ulcera. XII. 758. *Dionysii*. XII. 760. dolorem sedans, fluxum omnis generis, ulcera, papulas, tubercula, prolapsus, chemoses et omnigenos affectus. XII. 757.

**Collyrium** ad epiphoras, dolores et fluxiones oculorum *Moschionis*. XII. 745. euelpidium, diasmyrnum appellatum. XII. 767. *Evemeri* ad cicatrices et callos oculorum. XII. 777. *Evemeri* ad dolores et affectus. XII. 774. *Evemeri* psoricum. XII. 788. flammeum. XII. 745. fulvum pancrestum ad scabros et circumrosos angulos ac intensos pruritus et palpebras ficosas. XII. 783. *Gaji*. XII. 771. *Gemadii*. XII. 760. harmatium, quo usus est *Ptolemaeus* rex. XII. 779. *Heraclidae* aromaticum croceum ex haematite. XII. 785. *Hernophilii* thalasserum ad suffusiones et ad omnem hebetudinem visus. XII. 781. *Hygion* appellatum. XII. 761. *Hygioni* aureum ad angulos corrosos et scabros. XII. 788. indicum aerianum. XII. 781. Indicum basilicon, ad incipientem suffusionem et omnem visus hebetudinem. XII. 782. isochryson, ad corrosos angulos, scabros affectus, inveteratas ophthalmias, asperitates, ficosas eminentias, cicatrices et callos. XII. 785. libianum ad pustulas, inustiones, rupturas, leucomata, oculos purulentos, chemosies, staphylomata. XII. 762.

**Collyria** liquida: *Aelii* Galli et *Cassii* ad suffusiones. XII. 738. *Ant. Musae* ad pilos pungentes in palpebris enatos. XII. 740. *Ant. Musae* ad parvos instar hordei oblongos circa pilos palpebrarum abscessus, crithias et posthrias. XII. 741. *Musae* visum acuens et ad glaucedinem. XII. 737. ad callos et omnem eminentiam. XII. 736. *Erasistrati* ad asperitutes ac omnes ophthalmias. XII. 735. ad sycosas eminentias ac omnem extuberantiam carnis, ad encanthidas et incipientes ophthalmias *Philippi*. XII. 735. *Largi* visum acuens. XII. 738. *Heraclidae*

*Tarentini* agglutinaria pilorum. XII. 741. ad glaucos oculos, ut pupillae nigrae reddantur. XII. 740. *Philoxeni* visum acuens, cicatrices et callos exterens. XII. 736. compositio aegyptia ad callos, leucomata et pelliculas. XII. 737. *Dionysii Milesii* ad pilos palpebrarum pungentes. XII. 741. ad crithas, chalazia et aegilopas. XII. 742. *Lucii* melinum ad scabros et corrosos angulos, intensos pruritus, oculos humectos, visus hebetudinem, cicatrices et callos. XII. 787. lysioponium *Diomedii* ad oculorum dolores. XII. 771. malabathri oxydereicum. XII. 790. melinum atarachum ad visus hebetudinem. XII. 786. melinum delicatum ad pustulas, prolapsus, fluxum acrem ac largum, inestionesque. XII. 769. monohemera vocata quae. XII. 713.

*Collyria* ex myrrha ad pus in oculis discutiendum. X. 1020. ad collyria myrrha, cui opocalpason admixtum, optimum est remedium. XIV. 57. *Naucratis*. XII. 764. *Neapolitae*. XII. 763. nectarium. XII. 773. ad oculorum fluxiones additur pompholyx. XII. 235. oculorum fluxiones desiccantibus admiscetur cornu cervi usum. XII. 335. quae ex opio fiunt, vehementissimos oculorum dolores curant. X. 869. *Galli oxyderici* m. XII. 784. oxydereicum ex haematite ad callos et cicatrices oculorum. XII. 779. *Asclepiadeum Paccii*. XII. 772. ex terra Samia *Paccii* ad oculorum affectus intensos. XII. 769. scabritiei palpebrarum commodum. XII. 709. pancrestum Athenipion. XII. 789. *Phlori*, quo usus est in Antonia Drusi matre, quae parum abfuit, quin ab aliis medicis excaecaretur. XII. 768. ex phrygio lapide ad oculorum robur facit. VI. 439. *Pomponii Bassi* ad incipientem suffusionem. XII. 781. Proteus, ad incipientem suffusionem et omnem visus hebetudinem, cicatrices et callos. XII. 787. *Pyrami* ad cicatrices et callos oculorum. XII. 777.

*Collyrium* ex rosis *Nili*, quo usus est *Gallio*. XII. 766. ex rosis tempestivum. XII. 766. ad scabrities orbitales cicatrices et callos. XII. 777. ex libris *Scribonii Largi* *Asclepios* Machaonis ad veteres affectus et oculos suppuratos. XII. 774. *Scribonii Largi*, psittacium inscriptum. XII. 764. ad suffusionem (catractam) sunt plurima,

et quaedam. XII. 257. terrenum ex Samia terra, ad epiphoras et affectus. XII. 757. album trypheron ad epiphoras. XII. 757. trypheron h. e. delicatulum ad epicaumata, pustulas, chemoses, maxime in iis, qui nullam mordacitatem perferre possunt. XII. 758. ex vino ad aurium robur. VI. 440. ex violis albis ad epiphoras. XII. 768. viride *Anthaci*. XII. 764. viride. XII. 763. aliud viride *Zoili*. XII. 763. *Zoili* ad ophthalmias antiquas, myocephalos, staphylomata et fluxiones antiquas. XII. 771. sq. ad collyria sicca adhibetur *Stimmi*. XII. 236.

COLOBOMATI qui. X. 1002. cura ibid.

COLOCYNTHIS, ejus vires medicinales. XII. 34. ei succedanea. XIX. 732. *Colocynthidis* semen pro novemfolio. XIX. 729. et epithymo ibid. antidotum est oleum amygdalinum. XIV. 761. pro scammonio. XIX. 743. ex *Colocynthide* remedium usus in pleuritide. XV. 539.

COLON quidam ventrem inferiorem vocant. XV. 896. hominis illi canis simile. XVII. B. 133. venae ejusdem unde veniant. II. 784. pluribus in animalibus validis vinculis superne deorsum porrectis constrictum est. III. 331. stercoris in eo collecti signa. XVI. 146. pulsus ubi exagitat, theriaca *Andromachi* senioris utilis est. XIV. 34. affligitur excrementis e capite defluentibus. VI. 422.

*Coli* affectio quomodo a renum calculo dignoscatur. XVI. 367. affectionis indicia. VIII. 384. ad *Coli* affectus pastillus amarus. XIII. 135. medicamenta, quae *Asclepiades* tradidit. XIII. 281. malagma *Damocratis*. XIII. 223. ad coli inflationes antidotus theriaca, quam *Gallus* Caesari donavit. XIV. 203. *Charictis* remedium. XIII. 282. medicamentum inspersile *Antonii* pharmacopolae. XIII. 281.

in *Colo* abscessus latentes juvat emplastrum aniceton. XIII. 878. in *Colo* etiam calculi nascuntur. VIII. 47. in *Colo* qui mordicationes perpatiantur, iis potius caprinum sebum quam suillum injicitur. XII. 325.

COLOPHONIA resina, ejus peculiaritates et vires. XIII. 475.

COLOPHONIUM siccissima resina est. XIII. 589.

COLOR. Definitiones secundum philosophos. XIX. 257. genera primaria.



XIX. 258. animalium unde oriatur. XIX. 258. bonum inducit confectio quaedam *Asclepiadis*. XIII. 223. corporis a humoribus pendet. XVI. 9. sq. excitat eum iracundia. IV. 793. corporis sanguini proportione respondere *Hippocrates* statuit. XVII. B. 216. corporis cur in lienis vitii ad nigrius vergat. XVI. 300. totius corporis mutatio mala, si et alia accedant signa pernicioosa. XVI. 7. in universo corpore ad diagnosin dignitas. VIII. 47. corporis superficiei immutationes variae ex hepatis affectione. VIII. 357. tum cutis tum capillorum ratio in temperamento frigido. I. 343. in facie, oculis, lingua et urinis praecipue ad dignotionem morborum facit. XVI. 20. faciei qualis malum sit signum. XVIII. B. 27. faciei, qui ad nigrum tendit, pessimus. XVI. 6. faciei vividus in febre hectica letalis. VII. 316. faciei, qui ad viride vergit, minus est periculosus quam niger. XVI. 6. in febribus ejus differentiae et quid significant. XVII. A. 886. differentiae in ulceribus, quatenus hic vel ille humor praevalet in corpore. XVI. 6. exuperanti humori respondet. XVI. 57. haud raro propter humorum conversionem commutatur. XV. 297.

*Color* humorum diversorum. XIX. 490. in iis, qui crudorum humorum copia abundant. X. 821. humoris abundantis index. XVII. B. 359. dignitas ejus in morbis cognoscendis. XVI. 297. 449. sq. In colore moveri quid. II. 2. *Coloris* immutatio ut symptoma. VII. 74. mutationis causae. VII. 267. XVI. 449. mulieris prodit, utrum marem an feminam gestet. XVII. B. 834. sq. notas suppeditat, ex quibus temperamentum noscamus. XVI. 6. noxae magnitudinem indicat. XVI. 6. de remediorum facultatibus certiore parum reddit. XI. 762. vitii causae. VII. 72. variat ex anni temporibus, aëris constitutione, aetatibus. XVI. 449. per repercussionem ab iis, quae videntur, ad nostrum visum venit. V. 639. proprium visus sensile est. V. 625. colore solus visus alteratur. III. 641.

*Color* albus temperamenti frigidi indicium. XVII. A. 723. albus et viridis abscessum in hepate demonstrat. XVI. 301. corporis in atrum propendet ex lienis imbecillitate. VIII. 377. coeruleus gratissimus oculo. VII. 120.

flavus bilem abundantem docet. XVI. 14. nativus contabescens quid significet. XVI. 238. niger praeter naturam similis ei, qui secundum naturam existit. I. 178. praeter naturam de loco affecto nos certiores reddit. XVI. 116. praeter naturam convulsionis futurae signum. XVIII. B. 294. corporis nigrior a nigro humore in sanguine contento pendet. XVI. 16. in nigrum mutatus cur pessimus. XVIII. B. 30. pallidus aut lividus quid significet. XVIII. B. 295. plumbeus, et ex albo-lividus quid significet. XVI. 10. porraceus a porris mutuatur. XVIII. B. 167. praerubro praediti facile in melancholicam intemperiem incidunt. VIII. 183. ruber quid significet. XVIII. B. 295. rubens calidum temperamentum denotat. XVII. A. 723. cutis ex rubro candidoque mixtus temperamenti moderati signum. I. 342. subruher temperamentum frigidius indicat. XVII. A. 723. viridantiss pallores affecti hepatis signum. VII. 952. viridis et niger abscessum in liene esse docet. XVI. 301.

*COLUMBAE* caro concoctu est facilis. VI. 700. boscaedae quales. XIII. 515. nomades a domesticis differunt. XII. 302. gregales, quae in turribus nidificant, utiles constitutioni, quae renum calculos gignit. VI. 435. vesicam felleam nullam habent. V. 147. sanguinis earum vires et usus. XII. 256. sanguis editur. VI. 708. sanguinem Pergami, et per totam fere Asiam, qui capitis ossa fracta perforant, in crassum cerebri involucrum infundunt; alii etiam turturis et palumbi sanguine usi sunt. XII. 255. 256. stercus, ejus vires et usus medicus. XII. 302. stercus putre *Galeus* vidit accensum. VII. 3. stercus acre est. XIII. 633. stercus attrahit. XI. 760. sylvestrium stercus calidum est. XI. 606. stercus pro illo vulturis. XIX. 727. 733. et turturis ibid. stercorei succedanea. XIX. 740. ex columbarum stercore medicamentum ad tendinum vulnera. XIII. 633. ex columbino stercore domus in Mysia incendium. I. 657.

*COLUMBARIUM*, ei substituenda. XIX. 740.

*COLUMELLA*, vide *UVULA*.

*COLUMNA* (in ore) idem est quod *uvula*. XII. 960. (vide *UVULA*).

COLUMNIFORMIS processus, vide PROCESSUS styloides.

COLYMBAS herba ad vini conservationem aptissima. XIV. 18.

COMA, quid sub eo intellexerit Hippocrates. XVII. A. 540. (confer. CARUS et CATAPHORA). definitio. VII. 643. XVI. 494. ab Hippocrate omnis cataphora vocatur. XVI. 495. ἀπὸ τοῦ κομάειν nomen accepit. VII. 645. vocare consuevit Hippocrates cataphoram. VII. 644. sq. 653. functionis imaginatricis lacsio est. VII. 60. quando fiat. XVI. 646. ejus praecipua symptomata. XVII. A. 540. somni conditionis in eo causa. IX. 140. humiditatis cerebri symptoma est. IX. 407. cur oculi in eo clausi sint. XVI. 684. pulsus conditio. XVII. A. 541. in capitis dolore abscessum post aures denotat. XVI. 838. parotidis futurae signum. XVI. 831. per raro febres ardentes comitatur. XVII. A. 687. quibus spumosis prodeuntibus oritur, febris exacerbatur acuta. XVI. 705.

Coma vigiliae adjunctum quid significet. XVI. 707. aliquae ejus causae. XVII. A. 540. causa in febris insultu. VIII. 134. sq. ex cerebri frigiditate et humiditate fit. XVII. A. 390. causa est cerebrum a multo humore gravatum. VII. 143. fit, si cerebrum humidum est. XVI. 222. causa est materiae crassitudo. XVII. A. 713. stomachi imbecillitas. VII. 137. ex immodico vini usu gignitur. I. 661. phreniticum insomne quomodo a cataphora insomni differat. VII. 658. phreniticis per se accidit, in febre ardente per accidens. XVII. A. 713. profundum a vigili distinguit Hippocrates. XVII. A. 640. profundum aliquam habet ad catochen Archigenis et Philippi communitatem. XVII. A. 640. non somnolentum quando vocetur. XVII. A. 390. non somnolentum Hippocrates quodnam vocet. XVI. 494. soporosum ab humiditate et refrigeratione cerebri fit. XVII. A. 665. in febre malignitatis ejus indicium. XVI. 663. vigil, definitio. XVII. A. 694. vigilans, in eo pituitosus et biliosus humor abundat. VIII. 163. ad coma remedium. XIV. 251.

COMARUM, ejus vires medicae. XII. 34. ei succedaneum. XIX. 732.

COMATOSAE sunt cerebri affectiones humidae. XVI. 526.

COMATOSI affectus quinam sint. XVI. 221. affectus frigidae causae soboles sunt. VIII. 131. quomodo fiant simul delirantes. XVII. A. 391. et vigiles ebrii sunt. VII. 664. erant potissimum phrenitici, et qui febre ardente laborabant in quadam epidemia, quam Hippocrates describit. VII. 647. qui in principio sunt, cum capitis, lumborum, hypochondrii et cervicis dolore, vigilantes num phrenitici sint. VII. 644.

COMBUSTA remedia omnia utrum ex aliorum sententia se ipsis efficiantur frigidiora, ex aliorum augeant caliditatem; ambo falluntur, et cur? XII. 163.

COMBUSTIO domus alicujus in Mysia, media aestate et sine igne ex stercore columbino. I. 657. in ventre quando oritur. XV. 895.

COMEDERE qui bis die consueverunt, si non prandant, aegrotant. X. 544.

COMETAE quales stellae. XIX. 285.

COMITIALES vide Epileptici.

COMITIALIS morbus vide Epilepsia.

COMMEMORANS signum quale. XIX. 396.

COMMISSURAE cerebri. II. 730.

COMMODERATIO duplici ratione accipitur. VI. 13. commoderationis differentia duplex. VI. 842.

COMMODUS Adriano in imperio successit. XIV. 65. faucium inflammationem Galemus ex pulsu cognovit. XIV. 661. febricitantis casus. XIV. 650.

COMMUNITATES, definitio. XIX. 353. vocant Methodici, quae particularia omnia comprehendunt. I. 80. de iis medici inter se dissentiunt. X. 35. apparentes Themison invenit. X. 35. Thessali nemo accepit philosophorum. XVIII. A. 270.

COMPAGES ad unguem i. q. Sutura. II. 737.

de Componendi et dividendi methodo Platonis verba. V. 754.

COMPOSITIO in animalium corporibus est triplex. VI. 841. compositio chirurgicae species. XIV. 781. compositio ad cruditatis abundantiam in venis. VI. 268. Damocratis ad achores humidos et inveteratos. XII. 486. pinguis ad achoras, psyracas, papulas fervidas, intertrigines et vitia



sedis. XII. 485. pinguis ad sedis achoras et psoras. XIII. 310. aliae ibid. in *compositione* sophismata quae? XIV. 583.

ad *Computationem* profecturo allium conducit. XV. 871.

COMPREHENSIBILE idem est quod cognoscibile. I. 42.

COMPREHENSIONIS organa optima sunt digitorum summitates. III. 13.

COMPRESSIO magis fiat linteorum multitudine, quam pressu. XVIII. B. 881.

COMPTORIAE medicinae ab exornatoria differentia. XII. 434.

CONARIUM cerebri. II. 723. quomodo inveniendum. ibid. ejus usus. III. 674.

CONATELI cannae vocantur. XIV. 503.

CONCAUSA definitio. XV. 303. XIX. 393.

CONCAVI quinam vocentur. XIV. 703.

CONCEPTACULUM *Hippocrates* uterum vocat. XVII. B. 280.

CONCEPTIO sive CONCEPTUS a semen concipere nomen habet. IV. 515. quando accidat. IV. 515. sq. quid in eo contingat. IV. 147. quomodo fiat. XIX. 323. necessarium est, ut semen in utero remaneat. IV. 188. post menstrua fieri *Hippocrates* accipit. XVII. A. 442. causae. XIX. 454. cur non fiat, secundum *Hippocratem* causae. XVII. A. 453. facta quomodo cognoscatur. XVII. A. 444. factam esse, unde concludatur. XVII. B. 859. uteri ore clauso cognoscitur. XVII. B. 843. secundum *Hippocratem* signum. XVII. B. 833. mulieres post eam uterum in se ipsum recurrere sentiunt. II. 149. marium et foeminarum in quam uteri parte fieri dicatur. XVII. A. 443. tempus vel incipientibus vel cessantibus menstruis est. II. 902. sq. juvantia remedia. XIV. 475. 476. XVII. A. 478. adjuvat antidotum diascincum. XIV. 152.

CONCEPTUS foetus vocatur primis duobus mensibus. VII. 133. quando foetus a *Hippocrate* dicatur. XVII. A. 345.

CONCHA auris. XIV. 701. fluvialis pro lepore marino. XIX. 734. magna et parva. XIX. 769. *Conchae* praeparatae. XII. 233.

CONCLAX nunquam existit. XI. 798.

CONCHYLIORUM jus iis conducit, qui doryceniur hauserunt. XIV. 140.

non *Concipiunt*, quae duros frigidisque uteros habent. XV. 47. uteros humidos habentes. XVII. A. 442. quatenam mulieres non concipiant. XVII. B. 860.

CONCOCTA medicari oportet, non cruda. VI. 264. purgare atque movere oportet, non cruda. XVI. 260. educenda sunt. XVII. B. 441.

CONCOCTIO; brevis ejusdem descriptio. III. 268. sq. VI. 303. definitio. VII. 66. XV. 237. 246. XVI. 69. ciborum, definitio. II. 155. quid sit. XIII. 194. XVII. A. 139. sq. quid sit, et quomodo fiat. XIX. 372. alteratio est. II. 89. VII. 256. diversae invicem se excipiunt. XV. 233. prima in ventriculo est, secunda in hepate, tertia in singulis partibus. XV. 233. propria est ventriculi actio. III. 358. in ventriculo locum obtinet. XIV. 717. ventriculi conditio, dum ea peragitur. II. 152—157. secunda in hepate et venis absolvitur. VI. 786. tertia in partibus singulis, quae nutriuntur. VI. 786. quaedam et in intestinis locum habet. III. 323. in jejunio. III. 349. in somno. IX. 132. elixationi eam similem esse Erasistratus statuit. II. 166. calido potissimum fit. II. 89. deterior iis est, quibus gracile est corpus ventriculi, quam quibus carnosum. III. 388. in dormientibus efficacius peragitur. XVII. B. 169. cur hieme et vere melior. XVII. B. 416. cur hieme optime procedat. XVII. B. 422. imperfecta in bradypepsia consistit. VII. 210. improspere febres accendit et exacerbant. X. 788.

*Concoctio* mala ventriculi proprius morbus. XIV. 752. in quibus optima. VII. 256. perfecta et imperfecta unde cognoscenda. XVI. 258. prava in ventriculo unde fiat. XVI. 131. pravae in sanguinem influxus. XVII. B. 206. senum. VII. 259. per somnum optime procedit. VII. 140. sequitur somnos. XV. 598. tarda, definitio. VII. 207. turbatur ex nimis menstruis. XV. 328. turbatur ventriculi intemperie. XVII. B. 205. unde fiat vitiosa. XV. 249. quomodo iis, qui ea carent, concilianda. XIV. 731. morbi qua in re consistat. XVI. 73. in febribus deterior est. II. 118. et cur. II. 119. criseos celeritatem, salutisque securitatem significat. I. 295.

XVII. A. 142. eorum, quae praeter naturam sunt, est morbi maturatio. XVI. 69.

*Concoctionis* generalior significatio. XV. 596. alterationes. VII. 206. earumque causae. VII. 207. defectum indicat sedimentum urinae rubeum. XIX. 586. in excrementorum qualitates effectus. XVI. 74. mancae causae. XV. 235. necessitas. XV. 246. privatio citra corruptelam unde. VII. 209. progressum denotat urinae color. VI. 89. signa quae. XVI. 211. ejus signa sunt excrementa. XVI. 70. XVII. A. 140. signa semper bona sunt. XVI. 211. signum semper bonum quid significet. XVI. 237. signum indicat morbum brevem fore et salubrem. XVI. 236. symptomata morbosa. VII. 62. tardae definitio. XIII. 195. tardae causae. VII. 209. tarditatem efficit fluxio frigida. VI. 422. tarditatem corrigentia remedia. VI. 413. *Pelusiota* compositio. XIII. 133. hiera antidotus *Themisonis*. XIII. 158. sed sub certis conditionibus. XIII. 161. ex concoctionis tarditate, in qua ructus sentiuntur acidi, fumidus vapor nunquam excitatur. X. 579. theoria *Platonis*. V. 705. quae in venis fit, tria sunt excrementa. VII. 222. XVI. 300.

*Concoctioni* noxiae sunt uvae acidae et austerae. VI. 578.

*Concoctionem* accelerantia momenta. XIX. 598. alvi dejectiones indicant. XVI. 70. malam indicat alvi excrementorum foetor. XVI. 217. similem esse elixationi *Aristoteles* statuit. XV. 247. labefactat fluxio in ventriculo facta. VI. 422. quomodo indicet urinae sedimentum. XIX. 585. in ventriculo fieri unde colligatur. XV. 247. juvantia remedia. XI. 724. XVII. A. 141. juvat remedium ventriculi orificio et dorso illitum. XIII. 1031. aegram juvat antidotum milturidation. XIV. 165. idoneum est antidotum *Aetii Galli*. XIV. 159. adjuvat cortex citri. VI. 618. inedia. XVII. B. 69. juvant mala post cibum cum pane comesta. VI. 597. ad eam roborandam medicamentum, quod ex malorum cotoneorum succo conficitur. VI. 450. somnus profundus multum confert. VI. 487. juvare dicitur struthionis ventriculus. VI. 705. ad difficilem et imbecillum theriaca. XIV. 273. ad vitiatam theriace. XIV. 92. juvantia

vina. VI. 275. prodest vinum mediocriter sumtum. IV. 778. in ventriculo et venis conducunt fulva vina. X. 837. adjuvant vina nobilia. X. 486. laesa ea etiam alteratur sanguificatio. XV. 249.

*CONCOCTORIUM* est remedium eclegma rectareum. XIII. 282.

*CONCOCTRIX* facultas. II. 9. ejus debilitatis signum urina est aquosa. XVIII. B. 157.

*CONCOCTUM* alit. XV. 245.

*CONCOQUENTIA* remedia quae? XIV. 764. peptica vocantur. XI. 779. qualia sint. XII. 702. eorum usus in diversis morbis. XIV. 762. usus quando sit idoneus. XVII. B. 69. usus in morbis oculorum. XII. 702. *Concoqui* quae opus est, occludi convenit. XVII. A. 962. *Concoquit* anethum. XI. 832. astaphis uva. XI. 842. butyrum. XII. 273. canchrys. XIII. 879. catapotium ex libris *Perigenis* ad tussim et distillationem. XIII. 73. castoreum in lethargo. XII. 713. crocus. XII. 48. eclegma concoquens. XIII. 281. ficus arida. XII. 132. lanarum sordes. XII. 348. lotus domestica. XII. 65. melilotus. XII. 70.

*CONCRETIO* puerulis magis post mictum. XVII. B. 41. ad *Concretiones* callosas in renibus *Onesidemi* compositio. XIII. 328.

*CONCUPISCENTIA* et motus et actio est. V. 511.

*CONCUPISCIBILES* animae actiones. V. 27. concupiscibilis s. nutricis s. vegetantis pars est hepatis temperamentum. IV. 782. in hepate sedem habet. VIII. 160. XIX. 459. eam *Plato* comparat belluae multorum capitum. V. 515. quomodo ab irascibili sit diversa. V. 491. sq. concupiscibilis *Platonis*. V. 521.

*CONCUSSIO* parvum in morbo rigore sine voluntate efficitur. XV. 374. contra *concussiones* rigoresque per circuitum repetentes calamintham quidam adhibuerunt. XII. 4.

*CONDIMENTA* edulia non sunt. XI. 673.

*CONDYLOMATA*, definitio. XIX. 446. in ano fiunt. XV. 329. ad *Condylomata* remedium. XIII. 309. compositio praestantissima. XIII. 312. aridum *Majae*. XIII. 840. emplastrum ut *Aphrodas*. XIII. 738. emplastrum *Attalici* album. XIII. 422. ad inflammata emplastrum barbarum. XIII. 560. emplastrum ex chamaeleonte. XIII.



516. 715. ad *Condylomata phygethla* emplastrum *Hicesii*. XIII. 787. licesium nigrum. XIII. 781. emplastrum melinum *Menoeti*. XIII. 512. emplastrum Pamphilion. XIII. 447. pastillus. XIII. 837. pastillus *Apolloniani*. XIII. 831. pastillus *Arei*. XIII. 829. pastillus *Aristarchi* Tharsei. XIII. 824. pastillus *Magni*. XIII. 831. pastilli *Menesthei*. XIII. 830. pastillus *Petronii* virtus dictus. XIII. 831.

CONDYLUS ossis, definitio. IV. 410. utilitas. III. 922. a *Condyllo* externo brachii quot musculi oriuntur. II. 257.

CONFECTIO acetii squillitici ex Galeno. XIV. 567. anodyna. XIII. 88. sq. *Apollonii* ad tusses. XIII. 65. 70. aromatica *Mithridatis*. XIII. 52. *Bismii* ad hydropicos. XIII. 266. diacodion, iuxta veterum et *Galenii* traditionem. XIII. 37. ex fructibus ad dysenteriam. XIII. 289. alia ibid. ex fructibus ad stomachi subversionem, coeliacos et dysentericos. XIII. 142. gari *Joachi* martyropolitae. XIV. 546. hypoglossis aromatica ex filice *Andromachi*. XIII. 53. hypoglossis *Dioscoridis*. XIII. 51. hypoglossis *Scribonii* Largi. XIII. 51. Isotheos vocata ad tussim et tabem. XIII. 65. ad ixiam epotam. XIV. 141. ex marrubio et iride in pleuritide utilis. XV. 481. *Nicodemi* euaphion. XIII. 314. *Pamphili* febrem liniens. XIII. 68. panchrestus dicta. XIII. 101. ex capitibus papaveris usus. XIII. 42. *Andromachi* ex capitibus papaveris. XIII. 38.

Confectio ex capitibus papaveris *Critonis*. XIII. 38. ex capitibus papaveris *Damocratis*. XIII. 40. ex capitibus papaveris *Galenii*. XIII. 43. ex capitibus papaveris *Herae*. XIII. 39. ex capitibus papaveris *Sorani*. XIII. 42. *Pasicratis*, quae multam urinam ducit. XIII. 213. *Proveni* ad tusses inveteratas. XIII. 61. renales ab *Andromacho* ad renem et vesicae affectiones conscriptae. XIII. 322. ex sapa *Galenii*. XIII. 45. ex seminibus tussiculares. XIII. 266. stomachicae *Andromachi*. XIII. 126. thespesiana. XIII. 99. ad tussim ab *Andromacho* conscriptae. XIII. 62. urinam ciens, ad indurationes hepatis, ad splenicos etc. XIII. 213. vini perspicui et cocini. XIV. 552. vini scillitici ex *Galeno*. XIV. 569.

CONFECTUM ut *Eunomus*. XIII. 851.

CONFORMATIO ex his est, quae necessario accidunt. III. 26. in animalium corporibus est triplex. VI. 841. *Conformationis* vitia. I. 376. vitia unde oriuntur. VII. 26. ex conformatione et alteratione fit generatio. XV. 230.

CONFORMATRIX facultas. II. 15.

CONFUSIO omnium non est affectus ullius, sed malorum ex affectu pravo nascentium indicatorium. XVII. B. 7. humorum oculi. XIV. 776. oculi, definitio. XIX. 435. ad oculi confusio-nem Psittacinum *Scribonii* Largi. XII. 764. febrinum. VII. 367.

CONGELARI est durescere prae frigore. XI. 411. congelata pluvia fit grando et congelata nube nix. XIX. 289.

*Congelatum* a frigore quod est, excalescentia postulat. XI. 720.

CONGIUM s. CONGIUS. XIX. 765. 770. mensura. XIX. 752. quantum pendeat. XIX. 762. quot habeat sextarios. XIX. 760. 773. *Congius* olei. XIX. 777. mellis. XIX. 778.

*Conglutinantia* remedia: acetum non est. XI. 439. bulbus sativus. XI. 851. centaurium minus. XII. 19. oxyceratium. XI. 439. folia piceae. XII. 103. pyrites. XII. 200. emplastra: quidam ea sanguinaria et vulneraria vocant; eorum actio. XIII. 551. ulcera conglutinantia emplastra: emplastrum album ariobarzanion. XIII. 439. album *Damocratis*. XIII. 455. fuscum aegyptium. XIII. 899. Hygini. XIII. 512. melinum *Menoeti*. XIII. 511. ex chalcitide s. phoenicinum. XIII. 375. melina emplastra. XIII. 504. Vulnere conglutinantia remedia: XIV. 519. 549. 550. anagallides. XI. 829. aloë. IV. 770. XI. 822. bitumen. XII. 375. brassica esculenta. XII. 42. britannicae herbae folia. XI. 854. caseus recens. XII. 271. caseus oxygalactinus. XII. 272. emplastrum Chalcidei. XIII. 803. Cisti folia. XII. 27. emplastrum gilvum *Galenii*. XIII. 520. emplastrum humores et abscessus expressorium. XIII. 932. *Andreae* emplastrum. XIII. 735. 765. emplastrum gilvum *Haliei*. XIII. 645. 802. *Herae* candidum. XIII. 432. emplastrum *Hicesii*. XIII. 787. emplastrum barbarum *Juliani*. XIII. 557. emplastrum fuscum aegyptium. XIII. 899. emplastrum *Serapionis*. XIII. 883. emplastrum melinum *Serapionis*. XIII. 509. emplastrum tyrium.

XIII. 916. decoctum foliorum hederæ. XII. 30. licesium nigrum. XIII. 780. hippuris. XI. 889. isis. XIII. 774. folia liliæ aceto condita. XII. 46. lysimachios. XII. 64. millefolium. XII. 81. pastillus *Aristarchi* Tharsei. XIII. 824. *Pelusiote* compositio. XIII. 134. Peristereon s. verberna. XII. 98. pharmacæ fuscæ coloris. XIV. 764. polyænemon. XII. 107. pix arida. XII. 102. pyra. XI. 834. sq. folia rubi. XI. 848. Sabina non. XI. 853. sarco-colla. XII. 118. stratiotes terrestres. XII. 131. vinum nigrum et austerum. XVIII. B. 567. emplastrum ex lithargyro et oxelæo. XIII. 402. polygonum. XII. 105. salicis folia. XI. 891. in vino austero cocta androsæma. XI. 830. herba centaurii minoris. XII. 21. herba viridis chamaepitydis. XII. 155. coccus baphicus. XII. 32. folia corni. XII. 42. cupressi folia. XII. 52. emplastrum viride *Andromachi*. XIII. 477. emplastrum hecatondrachmon. XIII. 491. isatis. XI. 890. narcissi radix. XII. 85. polium viride. XII. 106. scordium. XII. 126. decoctum Stoebes. XII. 130.

CONGRUS duram carnem habet. VI. 729.

CONI quondam apud Atticos vocabantur nuces pineæ. XIII. 10.

CONIA vide *Livium ex cinere*. XII. 222.

CONJECTATIO, definitio. XV. 419.

CONJECTURA, definitio ex veterum sententia. XV. 419. multas habet species. XII. 642. artificiosa, definitio. IX. 583. artificiosa media est inter exactam cognitionem et omnifariam ignorantiam. VIII. 14.

CONII semen cuiam substituatur. XIX. 732.

CONJUGATIONES nervorum: *cerebratum* prima. II. 832. III. 722. secunda. II. 833. III. 722. tertia. II. 834. III. 715. 722. 744. 864. VIII. 229. 233. quarta. II. 834. III. 722. quinta. II. 835. III. 723. sexta. II. 837. 841. III. 724. 727. 729. 731. septima. II. 837. III. 732. VIII. 229. 233. *cervicatum* prima. II. 844. 845. secunda. II. 845. IV. 97. sq. tertia. II. 846. IV. 99. quarta. II. 850. IV. 99. quinta. IV. 99. sexta. II. 851. IV. 100. septima. II. 851. IV. 101. octava. II. 851. IV. 101.

CONJUNCTIVA oculi tunica, brevis ejusdem descriptio. III. 792. usus. III. 768.

CONISALON quid? XII. 283.

CONNATA quæ sunt in homine, si quid eorum defecerit, is utique vivere nequit. XV. 95.

CONNIVENTIA definitio. VI. 218.

Connivere quid sit. XVII. B. 234.

CONOIDES cerebri corpus. II. 722. quomodo inveniendum. II. 723.

CONSENTIENTIA omnia. XV. 356.

SENSUS imbecillus, definitio. V. 59. peccati, definitio. V. 59.

CONSERVATRIX artis medicæ pars. VI. 1.

CONSISTENTIA, definitio. V. 788.

CONSICTIONEM qualem anni partem quidam dicant. XVII. A. 18.

CONSONANTES dividuntur in semivocales et mutas. X. 25.

CONSTANTES ætate quinam vocentur ab *Hippocrate* et *Thucidide*. XVII. B. 402.

CONSTANTIA generatur ex melancholico humore. XV. 97. a melancholico humore venit. XVI. 317.

CONSTIPATIO caloris causa esse potest. VII. 4. constipationis causæ. VII. 18. ustio. X. 666. febris principium, ubi cum horrore invadit. X. 666. febris causa. X. 666. quibusnam febribus sit inseparabilis et quibus non. X. 667. constipationis extremæ effectus. VII. 14.

CONSTITUTIO aëris a vento flante pendet. XVI. 444. humidior ad quotidianam febrem prædisponit. XI. 23. et pulsum et respirationem afficit. VI. 771. ex morbis in posterum præsagire licet. XVI. 435. aquilonariæ in corpus effectus. XVI. 449. (confer. *Aër*.) arteriæ, definitio. IX. 527. communis omnium corporum. IV. 773. quæ communis est omnibus hominibus optimæ constitutionis notio. IV. 739. tres dantur. XVI. 392. quæ calculos gignit et topbos, quomodo curetur. VI. 433. sq. quæ deterior em reddunt, causæ morbosæ dicuntur. I. 375. inæqualis trifariam fit, prout compositio corporis nostri triplex est. VI. 420. quænam morbis maxime sit obnoxia. VI. 693. optima, quænam nomina ab aliis ei sint imposita. IV. 738. corporis nostri quænam optima. IV. 737. sq. VI. 30. optima qua in re consistat. IV. 749. quænam optima. VI. 760. optima



difficillime vexatur morbis. IV. 742. optimae corporum signa indicantia. I. 335. organorum tot sunt, quot functionum differentiae. VI. 16. ejus principium. XIX. 234.

CONSTRICIONIS arteriae causae. IX. 248.

Constrictores sedis et vesicae. II. 588.

Constringit leviter helxine. XI. 874. confer. *Adstringentia* remedia.

CONSUETA longo tempore, etiamsi deteriora, insuetis minus molesta esse solent. XVII. B. 553.

CONSURTUDO natura est acquisita. IV. 452. in diaeta praescribenda observanda est. VI. 361. haud levis scopus est ad remedia invenienda. X. 654. magni momenti est in morbis curandis. XVI. 100. ejus utilitas ad modum evacuationis constituendum. XVI. 124. in morborum constitutionem influxus. XVII. B. 386. prava animi mores turbat. IV. 820. repentinae ejus mutationes, earumque effectus quomodo curentur. XV. 556. sq. in cibo potuque mutationis effectus. XV. 552.

CONSUMPTIO vide TABES.

CONTAGIOSI morbi enumerantur. VII. 282.

CONTEMPERANTIA sunt: lac asinum. VI. 682. vina fulva. X. 837.

CONTEMPLATIONIS rationalis utilitas. V. 810.

CONTENTIO unde oriatur. XI. 741. quando fiat. XVII. A. 51. XVII. B. 729. quibusnam ex causis fiat. XVII. A. 891. sq. arteriarum causa. IX. 248. dolorum causa. VII. 116. VIII. 79. vehementioris effectus. VII. 549. corporis in febribus acutis malum. XVII. A. 891. sensus ejusdem sine exercitiis plethora est. VII. 547. sensus in lassitudine unde fiat. VI. 192. cura est laxatio. XI. 741. ad eam aeopa. XIII. 1005.

Contentio vitalis. VIII. 802. Contentionis vitalis vim *Athenaeus* vehementis pulsus causam statuit. VIII. 646. studium animi affectus est. V. 35. Contentiones corporis *Hippocrates* inter mala signa refert. XVI. 200.

CONTENTA quae. VII. 278. XIV. 697.

in CONTEXTU abscessus qualis. XIX. 445.

CONTINENS quinam sit dicendus. XVI. 305.

Continentes causae. XIV. 691. XV. 302. XIX. 393. febres vide FEBRES continentes.

CONTINENTIA quid. VII. 278. XIV. 696. ad temperantiam viam parat. V. 33.

quod *Continet*, spirituosam substantiam, materialem, quod continetur, appellant. VII. 525.

CONTINUAE febres, vide FEBRES continuae.

CONTINUI solutio quomodo a Graecis in carne et quomodo in osse vocetur. XVIII. A. 482. solutionis species. VII. 37. sq. solutio diversa habet nomina in diversis partibus. X. 232. 385. partium solvitur sectione, erosione, contusione et tensione. I. 357. solutioni communis medendi methodi scopus. X. 659. quod eam solvit, cujus naturae esse debeat. X. 855.

CONTORSIO continuitatis solutio est in parte carnosa. X. 160.

CONTRACTA, quae diducenda sunt, deligationis modus. XVIII. B. 811.

Contractionem spiritus efficit. VII. 597.

ad *Contractiones* cyzicenum *Herae*. XIII. 815.

*Contracturae*, causae. VII. 30. sq. 845.

*Contractum* refrigerantia. VII. 600.

CONTRARIA sunt, quae sub uno genere plurimum inter se distant. X. 770. contrariorum sunt remedia. I. 71. 261. VI. 34. 361. X. 557. 761. 767. XIV. 678.

CONTRARIETAS maximus curationis scopus est. X. 650. morborum omnium curationis communis scopus est. X. 735.

Contrarium quidquid est, id inimicum et noxium. VII. 746.

quae *Contundunt*, dolorum causae sunt. VII. 116.

CONTUSIO, definitio. I. 239. VII. 39. *Contusionis* sensus in lassitudine unde. VI. 193. *Contusiones* causae sunt musculorum inflationis. X. 964. causae. XVIII. B. 882. sanguinis missionem postulant. X. 287. deligatio. XVIII. B. 881. venaesectionis utilitas. XVIII. A. 576. ad *Contusiones* medicamentum. XIII. 1023. emplastrum. XIII. 537. emplastrum aegyptium. XIII. 903. emplastrum anice-ton. XIII. 878. emplastrum *Galeni*

ex chalcitide s. phoenicinum. XIII. 380. 385. emplastrum *Hicesii*. XIII. 787. emplastrum sacrum. XIII. 778. ad contusiones *auris Archigenis* praecepta. XII. 661. emplastrum *Serapiomis*. XIII. 883. epithemata. XII. 662. cataplasmata. XII. 663. ad contusionem *capitis* praecepta. XIV. 320. musculorum contusiones eorum actionem laedunt. IV. 368.

**CONUS**, fructuum ejus facultates medicae. XII. 55. semen generat. XI. 777.

**CONVALESCENTIA** non sanitas est, sed inter morbum et sanitatem media. VI. 330.

*Convalescentes* aegre, acopon juvat. XIII. 1048. ad aegre a morbo convalescentes confectio. XIII. 223. *Convalescentium* cura generalis. I. 301. 405. XIX. 509. juvat eos analeptice. VI. 330. *Convalescentibus*, si quae pars laboraverit, illic abscessus oriuntur. XVII. B. 699. quibusnam alvus humectetur. XVII. B. 692. si alvus obstipa fit, oleum prodest. VI. 356.

**CONVELLI** coriaceis omnibus commune est. XVIII. B. 30.

**CONVULSIO**: eam perliteram *o Hippocrates* significat. XVII. A. 613. *Convulsio*, definitio. VII. 639. XIX. 413. diversitates. VII. 150. natura. VII. 152. frigidi superantis affectus est. VII. 618. fit musculis ad propria capita convulsis. XVIII. A. 62. est affectus involuntarius. XVIII. A. 62. nervorum voluntariorum, non colligantium affectus est. VIII. 169. membri nervorum, qui ad ipsum perveniunt, affectus est. VIII. 169. universi autem corporis primae spinalis medullae partis ibid. continuitatis solutio est. VII. 40. voluntariae functionis laesio est. VII. 149. *Praxagoras* eam arteriarum affectum putat. VII. 598. VIII. 723. in diversis corporis partibus ubinam fontem habeat. VIII. 170. primariae ejusdem sedis cognitio. VIII. 212. cur pueri ei maxime obnoxii. XVII. A. 118. 157. XVIII. B. 293. senes ea facillime corripuntur. I. 582. qua in re a motu voluntario differat. VIII. 171. quomodo a tremore differat. XVII. A. 514. qui ea moriuntur, diutissime permanent calidi. IX. 251. pulsus in ea qualis. VIII. 486. pulsus ejusque causae. IX. 190. etiam per *sympathiam* fit. XVII. B. 783.

*Convulsio* quando sit praedicenda in morbis acutis, quae aestate et autumno fiunt. XV. 841. futurae signa. XVIII. B. 294. indicia sunt cervicis et dorsi perfrictiones apparentes; spumosae mistiones cum animi deliquio et oculorum hebetudo. XVI. 754. quibus in convulsione oculi fixe relucet, non apud se sunt, et diutius aegrotant (*Hippocrates*) XVI. 780. indicat eam secundum *Hippocratem* lumborum, capitis, cordis dolor cum excreatu violento. XVI. 742. (sed *Galenus* huic contradicit. XVI. 743). nota est spiritus collidens. XV. 600. significat eam in febribus spiritus intercisus. VII. 886. denotat in febribus spiritus illidens. VII. 932. XVII. B. 749. indicia secundum *Hippocratem* turbulentae et ferocissimae et somno excitationes sunt. XVI. 753. fieri solet in febribus, si e naribus multus spiritus feratur. XV. 827. fit in febre iis, qui sudant, caput dolent, et quibus alvus intercepta est. XVI. 759. cur sit juncta febribus vehementibus. XVII. B. 746. quinto die in febribus accedens quid denotet. XV. 829. in febre continua causa est immodicus frigidae usus. X. 622. in febribus continuis ejus cura. XI. 43. febris si ei accedat, periculi expers est, imo eam solvit, in febre autem convulsio letalis. I. 138.

*Morbi acuti*, si aeger sedere cupiat in morbi vigore quid denotet. XVIII. B. 65. repentina sanguinis destillatio, venarumque contentio quid significet. XV. 841. signa bona secundum Hippocratem. XV. 844sq. optimum est, totum corpus calidum et molle aequaliter esse. XVIII. B. 121. facile converti et in surgendo alacrem esse bonum. XVIII. B. 122. spirandi facilitas permagnam ad salutem vim habet. XVII. B. 528. respiratio facilis salutis est. VII. 929. sudores optimi in iis quales. VII. 936. mala in iis signa. XVIII. B. 22. morborum acutorum non in totum securae sunt praedictiones tum sanitatis, tum mortis. (*Hipp.*) XV. 19. crisis in longum tempus excidere nefas. XVII. B. 506. extremarum partium frigus in iis malum. XVIII. A. 102. si caput, pedes et manus frigeant, ventre et lateribus calentibus, malum. XVIII. B. 119. manuum pedumque gravitas malum. XVIII. B. 125. morbo acuto prehendi, muliebri gravidae mortiferum. XVII. A. 440. XVII. B. 820. hydropes omnes in iis mali. VII. 935. XVIII. B. 110. oculi clausi malum signum. XVI. 674. sitis praeter rationem soluta malum. XVI. 633. post modicam sanguinis eruptionem et nigrorum dejectionem surditas mala. XVI. 792. trismus in iis obortus deliria indicat. XVI. 536. ungues digitique lividi periculosi. XVIII. B. 125. quae in iis vomitorie trahuntur, secundum Hippocratem vitiosa



sunt. XVI. 766. male iudicati in quosnam morbos abeant. XVIII. B. 79.

*Morbi acuti*, aquae in illis usus. XV. 695 sq. sub quibusnam conditionibus aqua mulsa in iis sit utilis. XV. 650. balneorum usus in iis ex mente *Hippocratis*. XV. 705. qua temperatura balneo sit utendum. XV. 711. quomodo se aegroti gerere debeant post balneum. XV. 716 sq. quibusnam balneum non conducatur. XV. 720. raro in iis multa ducenda sunt. XVI. 279. qualis esto corporum inunctio. XV. 715. oxymelitis in iis utilitas. XV. 676. perfusiones in iis celeres sunt faciendae secundum *Hippocratem*. XV. 713. spongiis in iis pro strigilis utendum. XV. 713. ad morbos acutos ptisana. XV. 466. in acutis raro et in principiis utendum purgationibus. VII. 443. IX. 571. XV. 537. XVII. B. 446. in morbis acutis male purgari periculum haud leve est. XI. 350.

*Morbi acuti*: eo ipso die purgatio adhibenda est, quo turgent. XVII. B. 668. in morbis acutis cum febre vehementissima purgatio periculosa est. XVI. 280. quando sit indicata venaesectionis. XV. 763. venaesectionis indicationes secundum *Hippocratem*. XIX. 527. cibum detrahare saepe conducit, donec morbi vigor maturuerit. XV. 586. victus ratio in iis a diversis diversa commendatur. XV. 497. victus ratio pro diversa rerum conditione variare debet. XV. 502 sq. in victus ratione constituenda *Hippocrates* etiam considerare imperat morbi gradum, robur, habitum, consuetudinem. XV. 580. victus species mutanda non est, nisi coctionis signa apparuerint. XV. 580. saepe victum tenuem requirunt. XVII. B. 367. victus ratio in iis, quorum iudicatio intra primum quaternarium futura est. XVI. 250. vina in iis exhibendi scopi. XV. 626 sq. quae vina iis conveniant, quaeque minime. V. 771 sq. vinum fulvum et nigrum austerum sub quibusnam conditionibus in iis locum habere possit. XV. 645.

*Morbi acutissimi* secundum *Hippocratem* quales. XIX. 389. acutissimi et maxime lethales autumnio fiunt. XVII. B. 576.

*Morbi adolescentibus* familiares. V. 695.

*Morbi*, qui siccitate aëris fiunt. XVII. A. 33.

*Morbi aestivales*. V. 694. morbi, qui tempore aestivo maxime abundant, quinam. IX. 647. XV. 82. febres ardentes et phrenitides hoc anni tempore potissimum fiunt. VII. 651. 934. et febres tertianae. VII. 335. febres acutae, lippitudinae, dysenteriae, si hiems squallida, ver pluviosum fuerit. VII. 934. febres continuae et tertianae. XVI. 103. aestivi quinam sint. XVI. 26. 292. cur sint aestate breviores. XVII. B. 513. aestate potissimum grassantes. XVII. B. 619. aestivi quando hieme etiam fiant. XVI. 376. aestivi hieme iudicantur, hiberni aestate. IX. 883. 914. aestivos hiems solvit. XVII. A. 733.

*Morbi aetatibus* diversis familiares. V. 694. ad aetates, tempestates, regiones et victum rationes. XVII. B. 567 sq.

*Morbi albicolores*, atricolores, ilavicolores, rubricolores cur dicantur. XIX. 496.

*Morbus arquatus* vide *ICTERUS*.

*Morbus articularis* fit ex ciborum corruptione in ventre. VI. 415. ex plenitudine oritur. VI. 375. ex libidine. XIV. 692. pori in eo ex humore crasso et glutinoso proveniunt. X. 956. vere et autumnio oritur. XVIII. A. 94. nonnunquam ad ventriculum migrat. X. 513. ex succis crassis fiunt. VI. 814. non tentatur mulier, si menses fluant. XI. 165. per totam vitam durat. VI. 415. senum morbus est. VI. 349. turpe est, virum robustum eo laborare. VI. 311. medicum eo laborare, turpissimum. XVII. B. 150. in eo materiae lapidescunt. X. 956. (confer. *ARTHRITIS*.)

*Morbus annuus* varia ratione accipi potest. XV. 100. morbi omnes in omnibus fieri anni temporibus videntur, quidam tamen magis in quibusdam. XVI. 102. qui anni tempora superavit, hunc annum fore sciendum est. XV. 100. morbi, qui secundum *Hippocratem* vere, aestate, autumnio et hieme potissimum occurrant, enumerantur. XVI. 26.

*Morbus attonitus*, quem Graeci apoplexiam vocant, acutus est sine febre. XIV. 730. XVII. B. 490. causa plenitudo. XV. 285. pulsus in eo qualis. VIII. 487. IX. 193. (confer. *APOPLEXIA*.)

C c

*Morbi quos auster excitat.* XVII. A. 33. XVII. B. 570.

*Morbi autumnales.* V. 694. quinam sint. XVI. 27. 292. autumnno grassantes. XVII. A. 858. XVII. B. 621. sunt acutissimi. XVII. B. 576. autumnales cur non orientur, si autumnus derepente hibernet. XVI. 384. autumnales aestivis similes fiunt, si aestati autumnus aequalis. XVI. 376. autumnales autumnno quando non fiunt. XVI. 384. febres quartanas autumnus gignit. IX. 659. autumnales quando expectandi. I. 527. IX. 648. autumnales quando vel alio anni tempore sint expectandi. XVI. 355. autumnales secundum Hippocratem quando sint expectandi. XVII. B. 568. causae eorum sunt temperaturae mutationes. XVII. B. 568. autumnales expectandi, quum ver autumnno simile sit. XVI. 355. autumnno quando fiant iudicatione vacantes et inconstantes. XVI. 387.

*Morbus biliosus qualis sit.* XIX. 516. biliosi aestate potissimum fiunt. XV. 82. biliosi vigilias, deliria, phrenitides efficiunt. VIII. 161.

*Morbus brevis quomodo ab acuto differat.* IX. 940.

*Morbi calidi causae.* VII. 2sq. calidi in locis calidioribus magis procreantur et minus sunt periculosi. XVII. B. 567. morbus nullus reperitur, qui calidus sit et humidus, ex Athenaei sectatorum sententiis. I. 522. ex cerebro orti, quaedam symptomata prodant. XV. 222.

*Morbi chronici enumerantur.* XIV. 738sq. chronici a pituita et atra bile fiunt. XIV. 730. *colligativi* extenuationis causae. XVII. B. 84. *comitiales* vide EPILEPSIA. *compositorum* differentiae. VII. 21. compositorum compositae sunt causae. VII. 26. ex conformationis vitii causae. VII. 26sq. *congeniti.* VI. 857. 863. congenitus et connutritus non idem est. XVI. 353.

*Morbi continui qui sint.* XIX. 387. cum continuitatis solutione causae. VII. 37. *coxendicus* interdum ad ventriculum migrat. X. 513. crudum denotat urina fulva et tenuis. XVII. A. 490. *crudum* denotat urina tenuis et rufa. IX. 602. crudum et diurnum significat urina tenuis et rufa. XIX. 610. morbi cruditas vigilias sequitur. XV. 598. morbus quibus admodum crudus est, nihil expuunt. XV. 680.

crenorum quatuor dantur genera. XVII. A. 348.

*Morbi, circa dentitionem primam potissimum familiares.* V. 695. cum dentitione puerorum conjuncti. XVII. B. 629. omnium, qui *destillatione* fiunt, fons est pituita. XV. 346.

*Morbi diurni qui sint.* XIX. 387. 389. diurnum *Archigenes* vel eum vocat, qui ante diem quadragesimum cessat. IX. 888. diurnus cum tardo confusus est. IX. 940. diurni causa humores crassi, lenti et frigidi. XVII. B. 490. diurnus quando expectandus. XVII. A. 474. diurnum significat urinae sedimentum rubeum. XIX. 587. diurnior quomodo cognoscatur urina. XIX. 609. in iis humorum concoctio expectanda est, antequam purgetur. XVI. 64. temporis spatium, intra quod in pueris iudicantur. XVII. B. 639. diurnorum dies iudicatorius primus qui. XVII. B. 640. qui prorsus sine periculo sunt, ob delicta diurni esse solent. IX. 828. ciborum fastidium et sincerarum dejectiones secundum Hippocratem malae. XVIII. A. 106. morbos diurnos cur quidam nequaquam iudicari dicant. IX. 863. in morbos diurnos ruunt, qui sunt densioris naturae. XV. 610. in morbis diurnis principii tempus satis longum. IX. 622.

*Morbi elementares, duos Thessalus accipit.* X. 22. 26.

*Morbi endemici qui dicendi.* XV. 429. XVII. A. 11.

*Morbi epidemici quales.* XV. 429. epidemici quomodo a vernaculis (endemis) differant. XVII. A. 2. epidemicorum causa non in aere solum posita. XV. 119. epidemicorum causa non est victus ratio. XVII. A. 9. morbis *excrementitiis* obnoxiae maxime sunt partes infirmiores. XI. 274.

*Morbi exitiales, definitio.* XIX. 390. *extremi* apud Hippocratem quales. XVII. B. 372. — His extrema remedia utilia. XVII. B. 370. *extremi* extrema remedia postulant. X. 376.

*Morbi frigidi causae.* VII. 10sq. frigidi a pituita orientur, calidi a bile. II. 118. XVI. 40. frigidi extremas partes ita saepe infestant, ut demortuae decendant. VI. 850. morbis frigidis facile corripuntur senes.



I. 582. morbis frigidis mel conducit. VI. 809.

*Morbi hiberni* quando vere oriantur. XVI. 356. 381sq. hiemales quales. V. 694. hieme potissimum grassantes. XVI. 293. 382. XVII. B. 625. quicumque hieme augeantur, eos aestate desinere necesse est, et qui aestate increscunt, hieme cessare. XV. 99. hiemales aetas solvit. XVII. A. 733.

*Morbi humidi*: eorum causae. VII. 19. XVII. A. 353. quinam ex vitio humorum oriantur. XV. 365. morbus hypochondriacus s. flatuosus tertia est melancholiae species. XVI. 244. hypochondriaci effectus. VIII. 342. (confer. HYPOCHONDRIA.) ex imbris originem ducentes. XVI. 372. XVII. A. 32. per imbres assiduos procreati qui. XVII. B. 601.

*Morbi incocti* significantur per tenues ut et crassas urinas. XVII. A. 537. incoctus relinquitur et inedia et intempestiva cibi oblatione. XV. 600. sudores in iis nec prosunt, nec bonum sunt signum. XVII. A. 125. *increscentes* quales. XVII. B. 288. morbos ex intemperie elementorum fieri Hippocrates primum docuit. V. 673. *intermittentes* qui sint. XIX. 387. *judicatu* faciles gignunt tempora, si tempestive et ordinate progrediantur. XVI. 370. juvenibus maxime familiaris. XVII. B. 640. qui omni periculo vacant, erroribus commissis lethales fiunt. IX. 828. qui incolumitatem pollicentur, non tamen periculosi symptomatis, ob errata lethales fiunt. IX. 828. in lethalibus signum, quod sine crisi mors subsequatur. IX. 748. in lethalibus mortis dies quomodo praecognoscendus. IX. 748. et quomodo diei hora. IX. 749. lividus qualis secundum Hippocratem. XVII. A. 888. morbi, qui nec locum affectum repraesentant, nec causam efficiunt. X. 82.

*Morbi longioris* indicium alvi dejectio varia. XVIII. B. 143. longitudinem indicat urina sibi non constans. XVIII. B. 146. longorum, quasi annualium iudicii statutum tempus. IX. 914. in longis vertere convenit. XVII. B. 281. longi victum tenuem non ferunt. XVII. B. 367sq. quando in longis purgatio sit instituenda. XVI. 279.

*Morbis lupinus* s. caninus, sympto-

mata et cura. XIX. 719. (vide *Fames canina* et BULIMUS.) re aut specie magnus qui dicatur. XIX. 390. qui ad magnitudinem aut ad partium quantitatem reducuntur. VI. 868. quilibet tribus modis fit magnus. XV. 372. XVI. 112.

*Morbi maligni* quinam dicantur. XVI. 545. XIX. 389. malignissimi et pestilentes ex epidemicorum numero sunt. XVII. A. 11. *medii* definitio. XIX. 389. *melancholicum* juvant haemorrhoides. XVII. B. 286. (vide MELANCHOLIA.) is mitior, in quo totus corporis habitus non collapsus est. XVI. 201. bene moderati et iudicatu faciles et male morati difficilisque iudicii sunt. XVII. B. 574sq. morbi recens natis consueti. XVII. B. 627. morbus *naturalis* quibusdam senectus videtur, sed non est morbus. VI. 388. *nutriti* quinam dicantur. XVII. B. 253. simul nutriti in senecta relinquantur. XVII. B. 253. in totis organis qui. X. 125.

*Morbi organici* vias coarctant. VII. 221. organicorum causae. VII. 26. organici adscititii. VI. 856. morbus *pancoenos* (universales) quosnam Hippocrates vocet. XVII. A. 10. morbus partis, definitio. VI. 847. morbi partium organicarum qui. VI. 855. morbi patrii secundum Hippocratem qui. XVI. 353. morbus *pedicularis*, ejus curandi ratio. XII. 462. *peracutus* qualis. IX. 886. 895. XVII. B. 371. XIX. 387. 389. morbus exacte et non exacte peracutus qui. IX. 886. in peracutis principii tempus peracutum est. IX. 622. peracuti vigor primis statim diebus consistit. XVII. B. 374. morbus si peracutus est, statim etiam extremos labores habet, in quo extrema tenuissima victus ratione utendum est. IX. 835. morbus ubi peracutus est, statim extremos labores habet. IX. 585. morbus ubi peracutus, statim etiam labores extremi adsunt et extreme tenuissimo victu utendum est. IX. 883. peracutorum septimus dies terminus est. XVI. 272. in morbo peracuto victus ratio observanda. IX. 884. morbus peracutus victum tenuissimum requirit. XVII. B. 370sq. *periculosi* et non periculosi definitio. XIX. 390. prorsus periculo vacantes, propter errata fiunt diurni et periculosi. XV. 315.

*Morbi permanentis* definitio. XIX. 391. pestilentes epidemici sunt. XVII. A. 11. pestes quinam nominantur. XVII. A. 667. *pituitosi* per hiemem maxime oriuntur. XV. 81. *pituitosi* et frigidi veterum et cataphoram efficiant. VIII. 161. *pituitosi* per pubertatem mirifice juvantur. XVII. B. 289. *plethorici* quomodo oriuntur. VI. 408. *plethorici*, ad eos commune auxilium est phlebotomia. XVIII. A. 79. *populati* grassantes quomodo a vernaculis differant. XVII. A. 1. *populariter* grassantium causae. XV. 121. morbus ubi populariter grassatur, non victus ratio in causa est, sed aër, et in his victus mutandus non est. XV. 120.

*Morbi primarii* duo qui. VI. 842. circa *pubertatem* potissimum familiares. V. 695. *puerulis* recens natis familiares. V. 694. *puerorum*. V. 695. *pueris* familiares. XVII. B. 631 sq. *puerorum* quo tempore judicentur. IX. 884. *puerorum* judicantur aut intra quadragesimum diem, aut intra septimum mensem, aut intra septimum annum, aut ad pubertatem; qui perdurant, consensescere solent. V. 695. morbis *putridis* quaenam intemperies maxime sit exposita et cur. X. 583. morbus regius symptoma est. VII. 63. ad morbum regium hyacinthi fructus in vino. XII. 147. *theriaca Andromachi* sen. XIV. 34. (vide *ICTERUS*.) *salutaris* definitio. XIX. 390. *securi* definitio. XIX. 390. morbum *semicoctum* esse quaenam urina denotet. IX. 606.

*Morbi* senibus familiares qui. XVII. B. 648. quinam sint in senibus incurabiles. XVII. B. 538. *sicci* quales. VI. 397. 828. *siccorum* causae. VII. 19. morbus *siccior* quomodo cognoscendus. XV. 472. *sicci* unde cognoscantur. XVI. 200. *siccorum* constans indicium est, nihil excrementi excernere. XV. 473. *sicens* in thorace quos vexat, suffumigationes non conducunt. XVI. 147. ex *siccitate* temporum anni oriundi. XVI. 372. per *siccitates* procreati qui. XVII. B. 602. quum similes partes qualitate alterantur. VI. 848. hi morbi difficilius deprehendantur. VI. 849. *similarium partium* intemperies sunt. X. 125. *similarium partium* duo, qui in meatuum commoderatione consistunt. VI. 848. *similes* aut *dissimi-*

*les* ex temporum mutationibus oriuntur. XVI. 373 sq. *sporadici* qui dicantur. XV. 429. XVII. A. 12. XIX. 391. morbi ab immutata structura. VI. 870. morbus *tardus* cum diurno confusus est. IX. 940. temperatus nullus est, intemperati autem omnes. I. 256. ex unitatis solutione. VI. 871. *nisi*am vacationem sequentes. X. 637.

*Morbi vernaculi* definitio. XIX. 391. vernaculi quomodo a populatio grassantibus differant. XVII. A. 1. *vernaculi*. V. 693. XVI. 382. vere potissimum grassantes. V. 693. XVI. 292. XVII. A. 31. XVII. B. 615 sq. quicunque vere fiunt, autumno cessant et contra. XV. 100. *viros* potissimum infestantes. V. 695. quibus visus impeditur. VII. 94. *vulgaris*, definitio. XIX. 391. *vulgaris* quinam nominentur. XVII. A. 667. *vulgarium* impetus cito cognoscere oportet. XVIII. B. 303. *vulgarium* ortus. XVII. A. 32.

*MORDACITAS* quibusnam saporibus sit communis. XI. 679. a tactu proprie, non a gustu sentitur. XI. 679. *mordacitatis* expertium medicamentorum in morbis oculorum usus. XII. 699. *mordicationem* ventris sanantia remedia. XI. 488.

*MORES* interdum febrium modos vocant. XVII. A. 242. animi quod corporis temperamenta sequantur. liber. IV. 767. animi temperaturam corporis sequuntur. XVI. 317. regionum naturam imitantur. IV. 800 sq. regionis in eos influxus. V. 462. regionibus convenire, testatur *Hippocrates*. XVI. 317. in Asia mansuetiores. IV. 798. in septentrionalibus regionibus agrestes sunt. IV. 798. *mores* et in morbis mutantur pro specie humoris exsuperantis. XIX. 493. humorum in eos influxus. XIX. 492. ex forma corporis patent. XVI. 91. *malos* significant aures parvae. IV. 797. *molles* significant supercilia in rectum porrecta. IV. 796. *optimorum* signa aures mediocres. IV. 797. *optimorum* indicium est iris charopa. IV. 797. *oculus*. *ibid.* temperati sunt in regionibus temperatis. XVI. 317. ad *mores* conformandos pituita est inutilis. XVI. 317. ad morum idoneorum generationem humores conducunt. XV. 97. morum cognitio ad morbos cognoscendos utilis. XVI. 320.



- morum meliorum signa physiognom. ex angulis oculi. IV. 796.
- MORIFOLIA pro radice ebisci. XIX. 728. folia pro erini foliis. XIX. 729. succus pro myrsinite. XIX. 737. succus succedit glycyrrhizae succo. XIX. 727. pro eo rubi folia. XIX. 736. fructus maturi et immaturi, quales habeant facultates medicas. XII. 78. (vide *Mora*.)
- MORIENTES mediocriter hiant. IV. 438. non rigent, licet corrumpatur calidum. VII. 621. cum sudore aut sine eo qui sint. XVII. B. 886.
- Μόρφωσις, definitio. XVI. 696.
- MOROSITAS ex bile atra abundante. VII. 576.
- Morosus, definitio hujus verbi secundum *Critiam*. XVII. A. 778.
- MOROXUS, quoniam vocetur lapis. XII. 198.
- MORS naturalis caloris est extinctio. I. 582. in ea calor animalis extinguitur. VII. 674.
- Mors apud *Hippocratem* per characterem  $\theta$  significatur. XVII. A. 601. 612. utrum sit animae an corporis. XIX. 339. inevitabilis ex cordis corpore refrigerato. IX. 545. repentina ex intermittentibus pulsibus fit. IX. 544. accidit secundum *Platonem*, si anima discedit e corpore. IV. 775. animantium corpora ad frigidum siccumque perducit, ex quorundam opinione, proptereaque mortuos vocant *ἀλβάριας*, quasi nihil humidum in se habentes. I. 522. continuo est expectanda, quando unguis et digiti lividi sunt. XVI. 205. septimo die accidit, si quarto periculosa signa observentur. IX. 819. sexto die eveniens unde cognoscatur. IX. 820. 821. sexto die futura unde praesagiri possit. XIX. 513. quando octavo aut nono contingat. IX. 821.
- Mortis frater somnus est. IX. 137. definitio secundum *Empedoclem*. XIX. 340. causae. XIX. 339. morbis supervientis tres modi. IX. 732 sq. 745. quartus modus. IX. 741. praedictiones in morbis acutis non in totum sunt securae. XV. 19. notae in aegrotis. I. 364. signa sunt crudelitatis signa in morbi vigore apparentia. XVII. B. 391. signum, si ulcus lividum aut pallidum aut siccum evadat. XVIII. B. 70. dies in morbis lethalibus quomodo praenoscendus. IX. 748. et quomodo diei hora. IX. 749.
- diem, qui praesagire cupiat, quid huic sit agendum. XIX. 512. subitaneae causa timor et voluptas vehemens. X. 841.
- Mortem inferunt quatuor drachmae Solani hypnotici. XII. 146. indicantia signa. IX. 569. significant secundum *Hippocratem* perniciose sine signis levantia. XVI. 619. instantem pulsus denotat. IX. 384. praesagit pulsus tardus simul et parvus et tenoris vacuus. IX. 498. minatur pulsus inaequalis in uno pulsu intermitens. IX. 546. in febribus acutis indicant sudores frigidi. XIX. 517.
- MORSUS animalium venenatorum quomodo tractandi. X. 895. XIV. 200. 797. morsibus ferarum, quae medentur, theriaca vocantur. XVII. B. 337. morsos a bestiis frigore laedentibus aut compunctos juvat agarici radix. XI. 812. morsibus bestiarum ulceri illita Betonica auxiliatur. XII. 24. ad venenatorum animalium morsus calaminta. XII. 5. ad morsus rabiosos emplastrum *Herac* album. XIII. 431. emplastrum album. XIII. 448. *Herac* emplastrum album *Attalici* convenire dicit; hoc vero cum quadam tantummodo distinctione. XIII. 421. ad morsus malagma *Damocriti*. XIII. 988. morsus a hominibus illatus aliis ulceribus admodum similis est. XIII. 449. ad morsus hominum atque canum isis. XIII. 774. morsus stomachi sanat radix *Nardi spicae*. XII. 84.
- Mortale unde corpus omne. VI. 399.
- Mortificationem ex refrigerio quae urina denotet. IX. 604 sq.
- Mortuos cur *ἀλβάριας* quidam vocent. I. 522.
- Mosus citatur. III. 905.
- Mosci remedium ad alopeciam. XII. 401.
- MOSCHION, pulsus ejusdem definitio. VIII. 758. corrector vocatus, quod *Asclepiadis* scripta quaedam corrigeret. VIII. 758.
- Moschionis arteriaca. XIII. 30. emplastrum catagmaticum. XIII. 537. catagmaticum. XIII. 646 sq. emplastrum epuloticum. XIII. 528. collyrium ad epiphoras, dolores et fluxionem multam. XII. 745. compositio ad nomas. XIII. 853. Moschion in libro de ornatu de remediis ad alopeciam sermonem iniecit. XII. 416.
- Mosci casus. XVII. A. 325.

**MOSYLLON** dictum cinnamomum praestantissimum est. XIV. 257.

**MOTON** cassiae species. XIV. 72.

**MOTUS** efficiens actio est. V. 506.

multi actiones dicuntur. V. 511. agentis actio est. VII. 44. prioris habitus immutatio est. X. 46. definitio secundum philosophos. XIX. 246. labor et exercitatio an idem. VI. 85. ab anima pendet. VII. 605. origo cerebri. V. 520. instrumentum primum tendo. IV. 9. omnis a musculis. I. 233. musculus ad eum constituendum est comparatus. IV. 9. vehiculum facultas est, quae per nervos musculis a principio transmittitur. VII. 586. praesunt ei nervi molles. III. 740. spiritus animalis. XIV. 726. cur non semper cum sensu cedat. VII. 114. principium in generando mas exhibet. IV. 517. omnis cessat articulo capitis deflexo. IV. 11. deficit cerebro presso. V. 185. perit discissis musculis aut tendonibus. IV. 385sq. tollitur, nervo laqueo intercepto. V. 150. laeditur in senibus. I. 582. exsiccat corpus. I. 373. eo turbari corpora navigatio testatur. XVII. B. 674. principium in plantis est. IV. 759. 765. qui actiones non sunt, eorum triplex est diversitas. VI. 150. motus, qui ab alio praestatur, varietates. VI. 38. ex motu ad quietem qui transeunt, minus laeduntur, quam qui contrarium faciunt. XV. 619. ex motu qui in otium transeunt, eos quiescere Hippocrates praecipit. XV. 620. citra motum non est, qui stat. VII. 591.

**Motus** corporum varius est et multiplex, varioque sensu accipitur. II. 2. differentiae. VI. 37. secundum Aristotelem sex nobis insunt. XIX. 366. genera. II. 3. accretionis et diminutionis qui. XIX. 247. activus qui. X. 46. activus actio est. IV. 347. X. 45. activos veteres actiones vocant. X. 89. nonnunquam actiones etiam motus vocantur. V. 511. antiperistalticus intestinorum. VII. 220. antiperistalticus intestinorum quando fiat. XV. 687. arteriarum num a respirationis cohibitione mutetur. IV. 481. arteriae et cordis involuntarius est. IV. 442. capitis quot. IV. 13. musculi ad eos necessarii quatuor. IV. 15. capitis duplex. II. 756. omnis celer sicco temperamento vitandus. VI. 398. celeris et lenti effectus. XV.

191. celeres ac multi producunt lassitudinem ulcerosam. VI. 195. a cibis dammandus. VI. 764. motum erum ratio regit. IV. 442.

**Motus** depravati qui. VII. 58. depravati sunt in tremoribus, convolutionibus rigoribus. VII. 586. ad motum difficilem aeopa. XIII. 1005. motus quales diurnos vocemus et celeres, et quales celeriores. VIII. 830. exiguis lentisque convenit, quibus calor mordax fumida excrementa gignit, celer autem et multas adversissimus. VI. 373. motum faciliorem reddit aquilo. XVII. B. 609. motus hoplomachicus. VI. 154. qui ab imbecillibus supra vires et violenti et ad necessitatem fiunt, tremuli existunt. VII. 587. immodici causa calor. X. 930. impotentis et infirmi symptoma tremor. VII. 593. infantum intempestivi et vehementiores quales noxas afferant. VII. 27. quales infantibus conveniant. VI. 38. mediocris sanitati tuendae conducit. VI. 763. mixti. VI. 151. musculorum. (vide *Musculorum motus*.) secundum naturam qui. V. 507. naturalis arteriis et venis inest. IV. 372. quinque diversi sunt in oris partibus. II. 429.

**Motus** ossium quomodo fiat. IV. 2. causa quaenam ossa existant. III. 922. palpitantium membrorum qualis. VII. 164. omnes, etiam qui secundum naturam se habent, nisi activi sint, passiones vocant. X. 89. passivi quales. IV. 347. VI. 152. X. 46. ad motum peristalticum ventriculi et intestinorum contribuunt peritoneum et diaphragma. III. 290. in rigore qualis. VII. 624. sensibiles, genere duplices, voluntarii et vitales. VII. 585. stellarum. XIX. 272. tardi et languidi quales effectus habeant. VI. 155. transitivus, definitio. XIX. 380. translaticius. III. 572. vegeti corpus roborant. VI. 155. vehementior exercitatio est. VI. 87. vehementior perspirationem invisibilem reddit. X. 175. vehementiores desiderat temperamentum frigidum et humidum. VI. 374. spinae vertebrarum, ex vertebrarum constructione resultans. IV. 79sq. voluntarius definitio. IV. 442. voluntarii instrumenta nervos habent magnos. III. 378. voluntarii causa animalis quaedam evaporatio est. V. 282. voluntarii fons cerebrum. V.



239. voluntarii instrumenta musculi sunt. IV. 367. voluntarius omnis a musculis perficitur. VIII. 59. ad motum voluntarium destinati sunt musculi. IV. 270. motu voluntario differunt animalia a plantis. IV. 372.

*Movendi* difficultas quid. VII. 58. moveri quid. II. 2. moveri multis modis fit. II. 2sq. movendum si quid est morbis incipientibus, move. XVII. B. 524.

*Mucor*: ad ea, quae *mucore* pingui obsessa sunt malagma *Andraee*. XII. 343.

*Mucus*. IV. 645. definitio. XIX. 365. vocandum, quod a cerebro destillat. II. 139. circa articulos magis redundat in gracili quam in pleno. XVIII. A. 360. intestinalis glandulis secernitur. IV. 647. aqueus crudusque quomodo cohibeatur. XVI. 170. juniorum blennae veteribus nuncupabantur. XV. 325. mūcum *Prodicus* vocat, quod ab omnibus phlegma (pituita) dicitur. II. 130. XV. 325.

*MUEIL* qualis sit piscis, — ubinam occurrat. VI. 708. differentiae eorum, qui in mari, et qui in stagnis degunt. VI. 709. caro eorum, qui in aquis limosis degunt, qualis. VI. 709. carnis differentiae, quae per alimenta, quibus hi pisces utuntur, producuntur. VI. 710. utraque aqua, et marina et fluviali, utitur. VI. 712.

*MULA*. IV. 604.

*MULIEBRE* profluvium, vide *Profluvium muliebre*.

*MULIEBRIA* vocat *Hippocrates* menstrua. XVII. B. 817.

*MULIER* (confer. *FEMINA*) amphidextra non fit. XVIII. A. 147. foecunda num sit an infocunda quomodo cognoscatur. XVII. B. 857. utero gerens ex venaesectione abortit. XVII. B. 821. aliae abortus causae. II. 183. XVII. A. 438. 635. XVII. B. 838. 846. alimenti indigentia. XV. 366. incauta purgatio. XVII. B. 652. 655. amphisbaena transgressa. XIV. 243. decoctum florum leucoji potum. XII. 58. gravida abortit, si alvus multoties profluat. XVII. B. 823. gravida abortit, si mammae derepente extenuentur. XVII. B. 827. non gravidae, si lac habeat, menstrua cessant. XVII. B. 829. marem an feminam utrum gestet, unde cognoscatur. XVII. B. 834. utrum abortum

fecerit, quomodo cognoscatur. XIV. 480. uteri morbo laborans, semen emisit. IV. 599. cur ex frequenti coitu non concipiat variorum sententiae. XIX. 325. ut mulier concipiat, remedia. XIV. 561. ut mulier concipiat *Hippocrates* praecepta. XVII. A. 478. mulier, an conceperit, quomodo cognoscatur. XVII. B. 833. ut mulier violata virgo appareat, remedia parabilia. XIV. 478. 486.

*Mulier*, si promte concipiat, sed secundo, tertio aut quarto mense foetum ejiciat, circa uteri acetabula humor pituitosus accumulatur. VIII. 437. si neque praegnans neque puerpera lac habeat, ipsius menstrua defecerunt. VIII. 433. non podagra corripitur, nisi menses defecerint. (*Hippocrates*.) XI. 165. si sanguinem vomat, et menstrua superveniant, morbus solvitur. XVI. 150. pulsus conditio. IX. 472. vesica urinaria quomodo a virili differat. II. 888. mulieris utero gestantis peccata in foetum transeunt. III. 885. febre correpta aut extenuata periculose parit, aut abortit. XVII. B. 851. ad mulieris pallorem a partu remed. XIV. 482.

*Mulieris* cura, ex catarrho sanguinem rejicientis. X. 368sq. casus ex abortu febre ardente correptae. XVII. A. 629. alius. XVII. A. 634. febre ardente post partum laboriosum correptae casus. XVII. A. 641. casus tertio a partu die febre ardente correptae. XVII. A. 746. casus, quae post partum laboriosum gemellarum, primo die febre horrida et acuta correpta est. XVII. A. 785. morbi historia, amore captae. XIV. 631. cardialgia laborantis historia. VI. 604. ileo laborantis casus. XVII. A. 625. casus, cui menses suppressae erant, et quae a medicis sola inedia curabatur. XI. 187sq. casus ex retentis menstruis aegrotantis. XVII. A. 777.

*Mulieri* gemellos gerenti, si altera mamma gracilescit, alter foetus ejicitur. XVII. B. 828. gravidae acuto morbo prehendi, mortiferum. XVII. A. 440. gravidae, si lac ex mammis fluxerit copiosius, foetus redditur imbecillus. IV. 178. XVII. A. 457. utero gerenti, si mammarum altera gracilis evadat, gemellos ferenti, alterum abortu edit. IV. 153. gravidae, si mammae graciles repente fiant, ab-

ortiet. IV. 178. utero gerenti, si purgationes prodeant, foetum sanum esse impossibile. XVII. A. 439. gravidæ, si menstrua fluant, foetus imbecillus fit. XVII. B. 858. uterum gerenti, si purgationes procedant, foetus valere non potest. XV. 402. utero gerenti, si tenesmus oboriat, abortus efficitur. XVIII. A. 125. lactanti, si per uterum sanguis effluit, lac evanescit. XI. 164. lactanti datum elaterium infantem purgat. XVII. B. 305. praegnantem erysipelas uteri lethale. XVII. B. 835 sq. menses decolores neque constanter prodeunt, purgatione opus esse docent. XVII. B. 825. sanguinem vomenti, mensibus eruptis solutio est. X. 315. XI. 158. XVIII. A. 251. uteri strangulati vexatae sternutamentum utile. XVII. B. 823 sq.

*Mulierem* utero gerentem acuto morbo corripit lethale. XVII. B. 820. cui jam octo menses menstrua suppressa erat, quomodo *Galenus* restituerit. XVII. B. 81. cancrasas mammas habentem *Galenus* vacuatione quotannis repetita sanavit. XVIII. A. 80. ad mulierem, quae a partu non purgatur, remedium. XIV. 482.

*Mulieres* quaedam utuntur terra Clia et Selinusia ad faciem. XII. 180. eadem cum viris, ut studia tractent suadet *Plato*. V. 735sq. qualem pulsum habeant. VIII. 463. cur parvum habeant pulsum. IX. 111. cur totum corpus molle sit et sine operimento. III. 900. cur in menstruis purgationibus et partibus refrigerentur. IV. 150. cur viris dysenteriae magis sint obnoxiae. XVII. B. 582. cur frequentius viris tabe corripiantur. XVII. A. 728. cur habeant vocem acutam. XVI. 608. primis diebus post conceptionem uterum in se ipsum recurrere sentiunt. II. 149. podagra non laborare dicit *Hippocrates*, nisi menstruis deficientibus. XVIII. A. 43. quae recte purgantur menstruis, quibusnam morbis non pateant. XI. 165.

*Mulieres*, quibus ad ver partus imminet, ex quacunque causa obortunt. XVII. B. 585. candidae carne molli praeditae sunt. XIII. 662. quatenam sint albae et molles. XVII. A. 842. albidiores juvantur malleorum scarificatione. XI. 283. quatenam nigrae, durae et graciles dicendae. XVII. A. 842. nigriores juvantur venaesectione. XI. 283. athenienses in Thesmopho-

riis agnum castum sibi substernunt. XI. 808. quatenam non concipiant. XVII. B. 860. cur non concipiant, secundum *Hippocratem* causae. XVII. A. 453. mediocriter corpulentae, quae foetum bi- aut trimestrem abortiunt, qua in re sit causa posita. XVII. B. 838. nimium crassae cur non concipiant. XVII. B. 839. hystericae omnes num moriantur. XVI. 177 sq. quae lactant, non purgantur. XI. 164. lactantes a Venere abstineant. VI. 46. non parturientes maxime apnoea prehenduntur. VII. 959. pica laborantes amara appetunt. XI. 651. rusticae, pica laborantes, oxylapatho utuntur. VI. 635. praeter naturam tennes facile abortiunt. XVII. B. 836. uterariae quatenam dicantur. XVII. A. 805.

*Mulierum* corporis conditio. IX. 111. infoecunditatis et foecunditatis causae. XV. 48. sterilitatis causae. XIX. 328. lac in arte medica praestantissimum. XII. 265. pulsus cur sit alius quam virorum. IX. 107. testes, situs, forma etc. II. 899. eorum vasa. II. 900. et ductus excretorii. ibid. urina, qua in re differat ab ea virorum. XIX. 595. victus ratio. XV. 210. ad mulierum affectiones antidotum. XIV. 206.

*Mulieribus* ex abortu oedemata in utero passis, in sincipite dolor excitatur. XVII. A. 799sq. cur longe magis quam viris adversetur acetum. XV. 693. autumnus aquilonius et siccus conducit. XVII. B. 594. in mulieribus quomodo sit cutis capitis comparata. XVII. B. 4. mulieribus cur sint rigores magis familiares. XVII. B. 884. a lumbis magis rigores excitantur. XVII. A. 437. quibus phlegmone intus oborta, acopon conducit. XIII. 1050. quae difficulter purgantur, auxiliatur antidotus *Aelii* Galli. XIV. 114. urina atra pessima. XIX. 610. urinae nigrae deterrimae. XVIII. B. 158.

MULTA unum esse et unum multa *Plato* dicit. X. 139.

MULUS piscis, etiam pelagicus est, — alimentum quale praebet. VI. 715. durae carnis est. VI. 727.

MULUS. IV. 604. muli hepar propter voluptatem a gulosis expetitur. VI. 716. muli cur non ad saliendum accommodi. VI. 747. cur sint steriles. XIX. 329. uteri conditio. XIX. 329.



**MUNDUS** cur sit vocatus, XIX. 161. de eo philosophorum sententiae, XIX. 249. 263. unde alatur, XIX. 265. num sit animal, XIX. 160. parvus quodcunque animal, III. 241. num sit animatus, XIX. 264. animal esse quidam statuunt, XIX. 336. fuit et erit animal quod movetur, XIX. 161. *Plato* immortalis, *Stoici* mortalem duxerunt, XIX. 242. secundum *Platonem* ex igne et terra factus est, V. 635. num sit incorruptibilis, XIX. 265. Deorum patre movetur, XIX. 179. non unus, V. 102. ex integris integer concinnatus est, XIX. 161.

**Mundi** elementa ex se mutuo alimenta obtinent, XV. 95. a quonam elemento sit genitus a Deo, XIX. 266. figura, XIX. 250. 264. inclinationis causae, XIX. 268. interitum duplicem statuit *Philolaus* Pythagoricus, XIX. 265. medium terra est secundum *Euclidem*, V. 654. mentem *Thales* Deum putat, XIX. 251. opifex Deus, V. 791. XIX. 242. ordo, XIX. 267. quoniam sit pars dextra, XIX. 269. substantiam alii unitam, alii vacui implexu divisam esse affirmant, IV. 785. zona ubinam sit, XVI. 398.

**Mundum** ventilatione egere *Aristoteles* statuit, XIX. 259. ex vacuo respirare, Pythagorici dicunt, XIX. 268. de mundo et vacuo philosophorum, V. 101.

**MUR** vocata myrrha, XIV. 563.

**MURAEAE** caro, quae in aquis pravis degit, deterrima, VI. 722. Romae minimo pretio emitur, VI. 722.

**MURIA** carnes et siccat et incorruptas servat, II. 129.

**Murius** ad palpitationem, VII. 601.

**Muricibus** succedunt ostrea, XIX. 732.

**Muris** aranei fel, pro eo simiae fel, XIX. 747. morsus lethales ab ipso in pulverem redacto sanantur, XIV. 246. ad muris aranei morsum emplastrum sacrum, XIII. 778. fomentum, XIV. 491.

**Muris** auricula vide **MYOSOTIS**.

**MURES** domestici sanant scorpii ictum, impositi, XII. 365. murium capita cremata ex melle illita, alopeciam sanant, XIV. 240. domesticorum sanguis utrum verrucas decidere faciat, Galenus non expertus est, XII. 263. stercus, ejus vires et usus medicus, XII. 307. stercus cum aceto tritum alopecias curat, XIV. 241.

**Murmur** intestinorum, XVII. B. 762.

**Murmurillus** humidus excrementi dejectionem denotat, VII. 242.

**MUSA** (Antonius) pluribus libris permulta medicamina scripsit, XIII. 463.

**Musae** praecepta ad anginam, XII. 956. ad aphthas, XII. 992. compositio ad aurium abscessus in profundo, XII. 636. arteriaca ad vocem interceptam, XIII. 47. confectio hepatica, XIII. 206. cataplasma ad hypodropem, XIII. 263. eclegma ad dyspnoicos, XIII. 108. remedium ad gangraenam, XI. 137. remedium ad herpes exedentes, XI. 87. nephritica compositio, XIII. 326. panacea, XIII. 104. panacea dolorem sedans, XIII. 57. pastillus, XIII. 832. ad pilos pungentes in palpebris enascentes compositiones, XII. 740. compositio ad parvos instar hordei oblongos circa pilos palpebrarum abscessus, quos crithas et posthias vocant, XII. 741. ad polypos narium, XII. 685. compositio visum acuens et faciens ad glaucinam, XII. 737.

**MUSCAE** pro muscerda, XIX. 737. muscas venari malum symptoma, XVIII. B. 71.

**Muscerda**, ei succedaneum remedium, XIX. 737.

**MUSCOLI** et **MUSCULUS**: definitio, XIX. 367. de musculis *Lycus* librum composuit, II. 227. auctores, qui de his scripserunt, XVIII. B. 926. quos anatomici ante *Galenum* ignorarunt, II. 231. anatomicorum circa eos dissensio, II. 236. qui tendinem *Achillis* edunt situs, III. 130. generaliora quaedam circa eos, IV. 367. invicem separandis qualis scalpellus sit accommodus, II. 244. ad eos recte cognoscendos simiae anatomen, in aqua suffocatae commendat, XVIII. B. 928. simiae humanis simillimi, II. 219. substantia constituit universam corporis nostri molem, VI. 772. substantia ex carne et fibris constat, I. 341. fibrae nervorum et ligamentorum sunt particulae, I. 602. fibras posita simplices habent, II. 610. propria natura, XVIII. B. 354. proprium corpus fibrae sunt, XVIII. B. 355. extremi nervosi magis sunt, medii vero carnosissimi, XVIII. B. 355. principia duo, fibrae nervosae et carnes, XVIII. A. 597. fibrae exercitatione et frictione robustiores evadunt, otio

contrarium accidit. XVIII. A. 597. agere possunt, quamvis moveri nequaquam videantur. IV. 399.

*Musculi* equis similes sunt, qui habent (nervis) gubernantur. IV. 469. quomodo cordis caro ab illa musculorum discrepet. III. 437. caro rubicundior est ac mollior ea, quae in ventriculo, vulva etc. est. II. 610. a quibusdam cor vocatur. VI. 772. extremae partes cur nervosiores. VI. 772. generatio in foetu. IV. 551. musculum quemque quasi animal esse, quidam putaverunt. IV. 690. nec tamen hoc est accipiendum. IV. 691. musculus quomodo oriatur. IV. 9. sese reliquis partibus adaptat. II. 219. musculorum actio est tensio et in se ipsos contractio. IV. 390. instrumenta sunt motus voluntarii. IV. 367. omnium propria actio quae. XVIII. A. 636. omnes partes ipsas versus proprium principium retrahunt. III. 882. musculorum actionis cognitio in chirurgia maxime necessaria. II. 228. quasnam utilitates homini praestent. IV. 9sq. vectis vim habere videntur. V. 208. musculorum temperatura. I. 343.

*Musculi*, quomodo in dissecandis iis sit procedendum. II. 228. 230. omnes in tendines desinentes, ossa movent. IV. 379. non semper ossa movent, sed partes etiam molles. IV. 377sq. quales sint. IV. 379. magnitudo respondet moli movendorum ossium. IV. 411. ad motum constituendum sunt comparati. IV. 9. ad motum voluntarium sunt destinati. IV. 270. a nervis et motum et sensum habent. IV. 370. motus musculorum perit, si nervi afficiuntur. VIII. 60. musculos movere animae officium est. IV. 443. musculi non, sed animae movere est. VII. 606. cur motus eorum difficulter nonnunquam comprehensibilis sit. IV. 367. motuum causae. I. 233. motus mechanica dilucidatio. IV. 411. motus in agendo potius quam patiendi consistit. VII. 114. quisque duos habet motus. IV. 386. utrum duo motus ab utrisque musculis fiant, an unus quidem ab utroque. IV. 388sq. motus musculorum quatuor differentiae. IV. 397. 403. motus tertius quomodo invenitur. IV. 398. quartus quomodo invenitur. IV. 398. sex iis motus inesse, quod quidam statuerunt, redar-

guitur. IV. 382. motus aequipollens aut non aequipollens quando fiat. IV. 415. Hippocratis doctrinam de figuris, quae in partibus sunt, etiam num valere docetur. IV. 418. musculorum motus nihil efficit, nisi ossa ad eum sunt apta. I. 235. quiescere possunt musculi licet moveantur. IV. 398. motus musculorum differentiae in variis regionibus et partibus. IV. 380. musculi in artibus duplicem motum omnes habent. IV. 381. omnes, exceptis thoracicis, motu abstinunt in somno. VIII. 300. tonici motus musculorum. IV. 400. motus voluntarius. II. 610sq. motum auferentia momenta. IV. 391.

*Musculi*: caput, corpus (venter) et cauda quomodo se habeant. IV. 374. non omnes in tendines desinunt. IV. 377. robori eorum ossium moles respondet. III. 926. ab osse abscissus contrahitur, h. e. suam naturam ostendit. IV. 414. quisque antagonistam habet. IV. 384. aponeuroses tendines vocantur. IV. 368. omnes arterias habent, et venas, quibus alimentum accipiunt. XV. 259. carnes sanguine parum alterato aluntur. XV. 255. media constitutio ubique sine dolore est. IV. 453. dum contrahuntur, conditio. IV. 463. musculis solis accidit convulsio. XVI. 172. musculis exercitationes conveniunt. XVII. B. 260. nervea eorum extrema tendines sunt. II. 233. musculi functionum arbitrariorum instrumenta. XVI. 519. insertionis varietates. IV. 379sq.

*Musculi* plures sunt quam trecenti. IV. 693. concoctioni maxime commodi. VI. 789. quiescentes aut otiosi ab iis, qui contrarii siti sunt, tenduntur. XVIII. A. 319. quiescentes perfecte quando sint. IV. 434. 435. ne dum dormimus quidem penitus otiosi sunt. IV. 435. in figura media, qualis iis insit, constitutio. IV. 422. phlegmones in eorum actionem effectus. IV. 393. scirrhi in geniti. IV. 391. musculi solidiores difficiliter reliquis colliquescent. XV. 414. musculos, si spiritu implentur, in latitudine augeri, in longitudine vero minui et retrahi dicitur. VIII. 329. musculus nervos suscipit, et membra movet. V. 208. musculus generatur nervis per carnes disseminatis. III. 61. musculi nervos magnos accipiunt. III. 378sq. aut a cerebro aut me-



dulla spinali nervos accipiant. IV. 370. nervorum in iis distributio et finis. IV. 371. 375. cur nervis indigeant. XV. 260. nervi, si afficiuntur, motus perit. VIII. 60. musculis discissis motus perit. IV. 385.

*Musculi*: morbi qualem habeant in eorum motum effectum. IV. 368. musculos inter se discernendi rationem motuum differentia praebet. II. 241. musculor. abscessus sub cutem erumpunt. VII. 738. affectio depravatus et inordinatus motus est. VII. 802. affectiones quanam dentur. VII. 803. affectus num sit palpitatio. VII. 594. contusionis cura. X. 965. ad musculos convulsos malagma *Damocratis*. XIII. 988. musculorum distentiones factae sunt aliquando ex esu coturnicum. XVII. B. 306sq. effluxiones superfinitatem custodiunt. IV. 438. effoeminationem gignit calor immoderatio. XVII. B. 800. humor flatuosus aut flatus vaporosus in iis contentus oscitationis causa. XVI. 166. inflationis cura. X. 964. inflationis inveteratae cura. X. 967. muscoli inaequalis intemperies phlegmone est. VII. 737. ad musculorum duritias emplastrum melinum. XIII. 940. ad musculos induratos emplastrum ex lithargyro et oxelaeo. XIII. 404. ad musculos phlegmone induratos malagma *Damocratis*. XIII. 988. musculorum facultatis motricis infirmitas causa tremoris. XVII. A. 331. 482. ad musculorum lassitudinem acopa. XIII. 1047. ad musculos praecisos aegyptia *Andromachi*. XIII. 643. ad musculorum praecisiones emplastrum aegyptium. XIII. 903. musculis praecisis et contusis emplastrum ex dictamno sacrum favet. XIII. 804.

*Musculi*: ruptura et vulsura quid. I. 238sq. rupturae causae. X. 232. scirrhus in iis genitus qualem in eorum actionem habeat effectum. IV. 391sq. in musculorum scirrho acetum utile. X. 959. in musculorum capitibus tumores scirrhus ex pituita crassa imprimis occurrunt. XI. 737. caput vulneratum animi deliquium nonnunquam induxit. XI. 49. ex musculorum vulnere animi deliquii cura. XI. 60. musculos vulneratos glutinat diachylon *Menecratis*. XIII. 1004. musculorum ingentia vulnera sanat diachylon *Menecratis*. XIII. 1004. musculorum ca-

pitum vulnera expostulant succum foliorum Lili. XII. 47.

*Musculi abdominis octo*, eorumque usus. III. 393. abdominales enumerantur. VIII. 346. abdominis quatuor. XVIII. B. 993. eorum usus. XVIII. B. 997. abdominis obliquus externus. II. 507. obliquus internus. II. 508. recti. II. 508. transversi. II. 509sq. obliqui abdominis. III. 393. VIII. 347. XVIII. B. 994sq. recti abdominis. III. 393. VIII. 346. XVIII. B. 993. situs eorum. X. 411. rectorum vulnera quid sequatur. X. 413. tumorum praeter naturam in iis obortorum diagnosis. VIII. 347. transversi abdominis. III. 393. X. 412. XVIII. B. 996. musculorum abdominis figura in quiete et actione. IV. 462. ejusque rei causa. IV. 463. actio. III. 403. actio musculorum abdominis quid efficiat. III. 397. extenduntur, ubi vox editur. V. 232. non solum ad excrementorum egestionem, sed ad efflationes quoque et voces edendas faciunt. II. 584. 587. eorum motus. IV. 382. eorum usus. II. 584. 587. III. 289. thoracis contractionem juvant. IV. 468. abdominis aponeurosis. X. 411. abdominis tendines describuntur. XIII. 602. abdominalium dissectio. II. 504sq. 513. 514sq. abdominalium in partu actio. II. 152. unde venas accipiant. II. 810. abdominis et thoracis inflammationes comitantur febres. IX. 415. musculorum abdominalium inflammationis pulsus. IX. 540. abdominalium imbecillitas causa retardationis dejectionum. VII. 237. ratio in tibiam canentibus aut magnam vocem edentibus. VI. 175.

*Musculi levatores ani*. XVIII. B. 999sq. ani transversus depellit, quicquid in eo reperitur, isumque claudit. III. 404.

*Musculi asperae arteriae quatuor* sunt. XVIII. B. 949. asperam arteriam stringentes. XVIII. B. 959. *arytaenoides* obliqui. III. 556. transversi. III. 557.

*Musculi circa aures quomodo dissecantur*. II. 445. rudimenta tantummodo adsunt musculorum. IV. 296. musculos post aures adnantes nervi. II. 847. brachiale extendens unus. II. 244. brachiale extendentes. XVIII. B. 980. brachiale flectentes. II. 244. XVIII. B. 985. brachiale flectentium origo. II. 260. brachiale flectentium

dissectio. II. 252. brachiale reflectens ubi oriatur. II. 257. brachialis diarthrosin intro vertens. II. 245.

*Musculi brachium* moventes undecim sunt. XVIII. B. 966. brachium moventium situs. IV. 430. brachium extrorsum abducens. IV. 135. brachium oblique ad exteriora abducens. XVIII. B. 972. brachium ad pectus adducens. IV. 133. XVIII. B. 973. brachium pectori adducens deorsumque detrahens. XVIII. B. 973. brachium sursum adducens. IV. 133. brachii anterior (deltoideus), ejus duo capita. II. 274. brachium attollens ad exteriora. XVIII. B. 972. brachium attollens, sed ad interiora inclinans. XVIII. B. 972. brachii caput attrahens. XVIII. B. 973. brachium sursum per rectam lineam attollens. XVIII. B. 972. biceps brachii. II. 274. brachii unicus musculus est, licet duo habeat capita. II. 238. bicipitis brachii origo duplex. II. 275. brachium partim circumagens, partim scapulam deprimens. (latiss. dorsi.) IV. 138. brachium extrorsum et deorsum circumagentes. IV. 135. brachium ad exteriora et posteriora circumagentes. XVIII. B. 973. qui brachium circumagunt, cur tendines habeant robustissimos. IV. 137. brachium latere adducens ante *Galenum* erant incogniti. II. 231. brachium deprimens, ipsumque retro agens. IV. 135. qui efficit, ne brachium, dum deprimitur, ullam in partem inclinet. IV. 135. brachium ad latera detrahens. XVIII. B. 973. brachii humilis deductionis opifex. II. 480. quo brachium ad costas thoracis expanditur. II. 479. ad costas rectum brachium extendens. XVIII. B. 973. brachium thoraci adducens. II. 478. brachium thoraci elasticus admovens. II. 481. magnus in brachio, ejus motus. IV. 380. brachium sublime tollentes. IV. 135. triceps brachii. II. 276 sq. a condylo externo brachii ortum habentes. II. 257. brachium extendentes et flectentes quomodo sese in actionibus habeant. IV. 433. musculos brachii dissecandi methodus. II. 244. musculi, qui in caput brachii inseruntur, sursum ipsum tendunt. IV. 395. musculi buccam moventes ante *Galenum* erant incogniti. II. 231. qui buccas una cum labris movent, inferiore maxilla quiescente. II. 421. 423. 429.

buccas cum labris moventes in simiis evidentius apparet, quam in animalibus prolixiora colla habentibus. II. 429. buccas cum labiis ad latera abducens unde nervos accipiat. II. 848. buccam moventes unde nervos accipiat. II. 838. 847. 848. IV. 99.

*Musculi tres calcaneum* moventes. III. 131. *caput* moventes. XVIII. B. 941. ad capitis motum quatuor sunt necessarii. IV. 15. qui caput movent, octo et viginti sunt. IV. 30. naturae in iis ars. IV. 29sq. qui caput moventi sunt, constructionem aliam meliorem excogitari non posse. IV. 36. actio. IV. 37. caput ad latera abducentes. XVIII. B. 946. caput abnuentes. XVIII. B. 946. caput recte et oblique abnuendo moventes. XVIII. B. 947. caput retrorsum attollentes. IV. 33. caput in anteriorem partem circumagens. XVIII. B. 943. caput cum cervice flectentes. XVIII. B. 948. caput solum flectentes. IV. 33. caput retrorsum inflectentes. II. 452. caput in posteriora flectentes. II. 456 sq. inclinantium et attollentium octo situs. IV. 31. caput oblique moventes. II. 458. obliqui capitis. IV. 32. caput sensim obliquum reddentes, simulque caput in anteriora convertentes. IV. 33. qui caput pectori et claviculis committunt. II. 463. recti capitis. IV. 31.

*Musculi extensores carpi*. III. 107. carpum flectentium situs et adhaesio. III. 102. actio. III. 103. qui carpum extendunt, in cubito sunt. IV. 395. carpum magnum digitum versus inflectentis tendō ubi inseratur. II. 271. qui juxta parvum digitum carpum reflectit, origo. II. 257. flexor carpi ulnaris, origo. II. 257. carpum moventes infigunt se epiphysi excavatae radii et cubiti. III. 119. carpum moventium tendinum insertio. III. 138. carpi et digiti majoris unus, etsi duos tendines producat. II. 241. qui totum carpum invertit, oritur a radio. III. 100 sq. cur ad carpum nulli. III. 48.

